


A 1005  
VII.

V.  
Probabile. 1. Unius et 2. quatuor  
etiam  
enim.



Umus  
Ulm.  
Lit.

Nullus

potius  
Diction  
potent

gittern  
via stragia sed nobis a rete gran  
per hunc ruitus aqua sita effeck,

SUUS THEUS

Brevis & perspicua

# METAPHYSICÆ REPETITIO.

Eribens.

Præcepta selectiora,  
Regulas illustriores, &  
Errores Autorum cras-  
siōres.

IN USUM GYMNASII  
POSONIENSIS EVANGELICE

San. 307. Instituta 1637.  
Woszno. 1637. A. 1637.

M. DANIELE TIESENBACHERO,  
EIUSDEM GYMNASII RECTORE.

Scal: exerc. 307. f. 3. Harum indagatio subtilita-  
tum, et si non est utilis ad machinas farinarias  
conficiendas: exsunt animum tamen inscitiam ru-  
bigine, acutitatem, ad alia, &c.

ERPHORDIÆ, Ex Officinâ Typographica  
Philippi Wittelij, ANNO M. DC. XXX.

Nec Jure venditatur. Georgius leonis. So. Jan ab anno 1672.

Matthias Kypsalides Turner. N. 30.

**ILLVSTRI ET GENEROSO  
DOMINO, DOMINO**

**SIGISMUNDO,  
L. BARONI A Teuffen-  
bach / in Mayrhoffen : Domino in  
Dürnholtz / Ritschan &  
Aichorn / &c.**

**Domino ac Mecœnati meo  
Clementissimo.**

**Perennem à Salutis auctore salutem  
& felicitatem perpetuam.**

DEDICATIC.

**R**eperiuntur in ipso etiam Eruditorum cætu, Illustris & Generosæ Baro, Domine ac Mecœnas benignissime, qui Metaphysicam, Aquilam illam & Matrem omnium disciplinarum nescio quā religione inducti, nihil aliud quam omnis heresios latibulum, omnis erroris asylum, omnis absurditatis fulcrum; Metaphysicos nonnisi Sophistas, hereticorū patriarchas, nugarum patronos: omne id verò, quod ex secretioribus divina illius scientiae recessibus deponitur, Scholasticorum nugas & inane subtilitates impudentiore clamitant.

Verum enim-verò, si dicendum quod res est, de Religiosis istis vere pronunciare possumus tritum istud: Ars non habet oforem nisi ignorantem; boni siquidem hi viri, nondum primis labris degustarunt dulcedinem hujus scientiae, eamq; nunquam legerunt, vel si legerunt nondum intellexerunt. Tantum enim abest, ut hujus discipline armis veritas pura religiosis labefactetur; ejus in sinu heretis, errores & nuge foveantur, ut potius Sapiens ab illa

## DEDICATIO.

Sapientia instructus de veritate & pro veritate, adeoq; de rebus maximè serüs differere posset ad Dei Opt. Max. gloriam & bonum publicum: id quod facile demonstrari posset: Et ut hic unius tantum, quasi per nebulam recorder: Quis terminos essentiae, existentiae, subsistentiae, suppositi, personae, signi & signati &c. in Theologia passim occurrentes, sine Metaphysica intelliget? Quis sine cognitione terminorum Substantiae & Accidentis; Necessarij & contingentis; cause & causati &c. Logicam cū fructu evolvet? Quis disputationibus sive Theologicis, sive Juridicis; sive Medicis, sive Physicis; sive Ethicis, sive Politicis, sine distinctionibus Metaphysicum laude presidebit? Si vero omnino aliquareprehensio locum habere debet, est illa non Metaphysica nec Metaphysici, sed malorum ingeniorum Metaphysicā abutentium & pravae ac praeposteræ institutionis.

Disciplinam difficilimam esse haut diffitemur, idq; inter cetera patet ex modo procedendi: nihil siquidem difficilius, quam prima principia probare, eademq; suis principiatis applicare: propterea ne vero Metaphysica non ferenda?

## DEDICATIO.

da? absit. Potius illud in mentem nobis revoemus: Difficilia que pulchra: & Ciceronis: non est consentaneum, ullā honestam rem actionem ve, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut suscepta deponere. Difficultas namq; admirationē parit, admiratio autem Philosophiam, ut eruditè Iavellus in prefatione sua Metaphysicæ differit.

Hanc ego Scientiam in compendium redigi, sic suadentibus ijs, quibus cura est rerum scholasticarum salus & incolumitas. Sic autem in conscribendo hoc libello mihi versandum esse existimavi, ut ne mihi objici posset illud in triviis notum: obscurus fio, dum brevis esse volo. Unde paulò plures pagella mibi sub manu natae sunt, quod quidem illos agre laturos jam animadverto, qui ferè nihil ediscere cupunt, nisi quod possit excavato piperis grano includi. Sed istorum ingenia non moror, atq; ita mihi persuadeo: Metaphysicam non posse sine magno juventutis Scholastica dispensio includi breviori compendio, quam bic à me factum est. Quisquis es, hoc nostrò compendio utere fruere, sed ita ut compendium esse memiseris (non absolutum opus) atq; adeò preparationem Ty-

DEDICATIO.

ronum ad perfectos vel Suarezij, vel Fonsecæ,  
vel Martini, vel Scheibleri, aliorumve Tracta-  
tus majori cum utilitate per volvendos.

Et cum propensum Illustris tuæ Generositati  
studium in promovendis disciplinis liberali-  
bus omnibus, à multis bonis & fide dignis homi-  
nibus mihi commendatum sit, magnam animò  
meò spem concepi hanc Compendii Metaphysici  
dedicationem ipsi non fore ingratam.  
Rogo igitur demissè, ut illam serenâ fronte T.  
G. suscipiat, & suò favore & benevolentia litera-  
tatos, atq; adeo Scholam hanc Posoniensem  
prosequatur, amet, juvet, promoteat, nec dubi-  
tet, se Dominum habituram esse largissimum re-  
muneratorem, cuius protectioni T. G. una cum  
tota domo sua commendo, toto pectore orans, ut  
eam in hisce conclamatis & penè exulceratis  
temporibus quam diutissime in columem & flo-  
rentem conservet. In primis vero post felix An-  
ni hujus exordium feliciori medio ad felicissi-  
mum exodium frui patiatur. Ita vovebam Po-  
sonii d. 20. Januarii. Anno r̄ns evotæ ḡmōte  
r̄s A.D. 1688. Ioc. XXX.

J. T. G. demissè addictus

M. DANIEL TIESENBACHER, Rector.


Lectori Meo.

Lumen Metaphysicum ex animo  
precor.

Ræcipuas, Amice Lector, Philosophiæ par-  
tes, hactenus discipulis meis proposui; eas-  
que ne scribendo vel describendo omne  
tempus perdant, publicis typis committere  
decrevi, & quidem Prodromi loco Metaphysi-  
cam præmittendam duxi, quippe quæ univer-  
salissima est, & sine quâ nulla inferiorum disci-  
plinarum planè & plenè intelligi potest. Præce-  
pta primò omnium inculcentur suadeo. Dein-  
de Regulæ. His & ipsis exactè inculcatis, ex Er-  
röribus ad vitandum propositis certæ questio-  
nes formentur & studiosis illis, qui in alijs infe-  
rioribus disciplinis benè versati sunt, ad dispu-  
tandum proponantur. Si hanc meam Metho-  
dum tibi gratam p̄cipexero; eâdem Physicam  
conscriptam, brevi tibi offeram. Cui vero hæc  
mea non placent, illi dico:

Qui nihil ædificas, aliena quid improbe carpis?  
Hac damnare cave, vel meliora strue.

Philosophia est habitus constans & permanenter significans contentio  
nem sive causas nec horum intellectus est ad hanc rationem  
cognoscere. **DE PHILOSOPHIA**



Philosophia dicitur summa & principia & substantia in  
tutis Philosophiae. **Prodidagmata.**

## DE PHILOSOPHIA

**IN GENERE.**

I. *Philosophia* est habitus constans Sapientiæ & Prudentiæ.

II. *Sapientia* ex Scientia & Intelligentia componitur.

III. *Scientia* est habitus demonstrativus

ex necessarijs.

IV. *Intelligentia* circa principia versatur,  
quæ absq; medio cognoscuntur.

V. *Prudentia* verò est habitus rectâ cum  
ratione activus.

VI. *Prudentiæ* pedissequa est Ars.

VII. *Ars* est habitus cum recta ratione  
effectivus. h. e. operis productivus.

VIII. *Philosophia* occurunt Partes & Instrumen-

ta. **IX. Par-**

Præcognitione res & proxima.

## IN CENERE.

IX. *Partes Philosophie* duæ sunt: una *Theoretica*; altera *Practica*.

X. *Philosophia Theoretica* intellectum perficit & finem habet cognitionem.

XI. *Practica* appetitum regit & veriboni consecutione explet, sive in praxi quiescit.

XII. Continet *Theoretica*: *Metaphysicam*, *Pneumaticam*, *Physicam* & *Mathematicam*.

XIII. Ad *Mathematicam* pertinent, tum *Scientiae puræ*, ut sunt *Geometria*, *Arithmetica*: tum *impuræ*, ut sunt *Astronomia*, *Geographia*, *Musica* & *Optica* &c.

XIV. *Practica* verò includit *Ethicam*, *Politicaliam*, *Oeconomicam*, *Scholasticam* & *Historicam*.

XV. *Instrumenta Philosophie* sunt *Logica*, *Rhetorica*, *Oratoria*, *Grammatica* & *Poëtica*.

XVI. *Grammatica* ut & *Poëtica* triplex  
est: *Hebreæ*. (sub qua *Chaldaica*, *Syriaca* & *Arabica* comprehenduntur) *Græca* & *Latina*.

## Regule.

I. *Philosophia* est res bona, Deo grata, Ecclesiæ ac Reipub. utilis & necessaria.

2. Philosophiae vocabulum autorem habet Pythagoram: & retinetur in scholis, non quod ita sit aptum, sed quia jam est receptum.
3. Philosophia velut per manus est tradita inde ab Adamo ad nostram usq; memoriam: sed ita ut s̄apē multos Paroxysmos & Eclypses sit passa.
4. Studiosus Philosophiae prædictus sit ingenio Aristotelicō & Socraticō.
5. Philosophia ex Theologia perficienda; non verò Theologia ex Philosophia.
6. Philosophus Christianus prædictus est animo, gloriae Dei & veritatis studioso.
7. Philosophus Christianus non delectatur vel terminos, vel Phrases novas temerè introducendi studiō.
8. Philosophia dogmata fidei non demonstrat, sed illustrat.
9. Philosophandum est sed paucis: nam omnino, nocet.
10. Licet nomen Philosophiae secundum Etymologiam solam speculativam partem respicer videatur; tamen æquè moralem atq; illam comprehendit: fit tantum à potiori denominatio.
11. Philosophia speculativa dignitate, tempore, nec non ordine melioris cognitionis prior est quam Præctica: sed in usu magis excellit Præctica.

12. A Ra-

12. A Rameis Philosophis inchoandum, in Aristotelicis desinendum.

*Errores.*

1. Keckermannus & Alstedius, *Philosophiam definiri non posse* asseverantes.
2. Errorem gravissimum, *Philosophiam cum Theologia committentes tanquam rem pugnantem & bellum aπνεδον inter has duas facultates fingentes.*
3. Philosopheriam dejinientes, vel per scientiam, ut Cicero: vel per doctrinam, ut Cratus.
4. Ramistx, *Philosophiam per habitum defini- ri posse negantes.*
5. Idem *Subiectum Philosophiae non intellectum humanum, sed librum vel precepta Systematicae considerata, esse statuentes.*
6. Idem, *divisionem Philosophiae (à nobis proponitam) reprehendentes.*
7. Stoici, *Philosophiam in tres partes: Naturalem (qua Physicam propriè ita dictam, Metaphysicam & Mathematicam comprehendat.) Moralem & rationalem distribuientes.*
8. Toletus & Alstedius, *Philosophiam in speculativam Activam & factivam dispescentes.*
9. Antonius Mirandulanus, *omnes res unius scientia considerationi posse subjici statuens.*

Errant

REPE-

In Metaphysica et Logica sunt omnia quae in Metaphysicam non  
pertinet ad affectum. Non in Metaphysicam. & Affectus non in ratione  
applicantur. Affectus non est pars vel objectus Metaphysicæ.

### S REPETITIONIS METAPHYSICÆ

Materiam et modum regulum in

## REPETITIONIS ME- TAPHYSICÆ.

Scientia regulare in  
ordine et methodo.

### Proœmium.

## DE DEFINITIONE ET DIVISIONE METAPHY-

Hoc Metaphysica fuit generaliter propter habitibus theoristicis  
Speciali Impensis pro Invenientia sola. Proprie pro sapientia Præ-  
cepta, & ratione. & quæcumque invenientia. & ratione. & sapientia. &  
Particula qua invenit Ens in Universali. & in Ceteris invenit rationem.  
Definiens & ratione. & ratione.

### I. Metaphysica est Sapientia de Ente quā

Ens est. quaestio 8. q. 1. de Metaphysica. 8. 3. Fundamenta  
de rebus ab aliis. 2. de rebus habituibus  
compositis. 3. de rebus et omnibus. 3. 3. Principia et Materiæ. 4. de  
ratione. 5. de ratione. 6. de ratione. 7. de ratione. 8. de ratione.

### II. Dicitur ita ex præpositione *per* & nomine *Quoniam* quasi dicas *postnaturalis*, *subintellige*, *disciplina*: quia videlicet post rerum naturalium cognitionem, à Sacer- dotibus Ægyptiorum inventa est. Ratio 1. de scien- tia. 2. de philosophia. 3. de ratione. 4. de ratione.

### III. Alias dicitur *Philosophia naturalis* Ratio 2. de scien- tia. 3. de ratione. 4. de ratione. Prima Philosophia; *Theologia naturalis*; alia- rum disciplinarum *princeps* & *Dominus*; *ontologia*. &c. Ratio 3. de ratione. 4. de ratione.

### IV. Subjectum Metaphysica est Ens quate- metaphysica. Ratio 4. de ratione. 5. de ratione. 6. de ratione. nus quilibet & non de rebus ratione. Ratio 5. de ratione. 6. de ratione. ratione. Ratio 6. de ratione. 7. de ratione. ratione. Ratio 7. de ratione. 8. de ratione.

Ita erat a duplicitate in ratione quatuor: non & a  
ratione. Ratio 8. de ratione. 9. de ratione.

### PROœMIUM.

6

nus Ens: Reduplicative scilicet, non specifica-  
tive sumptum. Ratio 1. de ratione. 2. de ratione. 3. de ratione.

V. Dividitur Metaphysica in partem Gene-  
ralem & Specialem. Ratio 4. de ratione. 5. de ratione.

VI. Pars Generalis considerat Ens gene-  
raliter in suo conceptu & Affectionibus  
generalissimis.

VII. Specialis, Ens contemplatur, prout  
contrahitur ad sua inferiora per conceptus  
expressiores. Ratio 6. de ratione. 7. de ratione. 8. de ratione.

Deinde est *Spec. Met. Scientia per se regulae & ob-  
ligationes propriæ Regulae*. Ratio 9. de ratione. 10. de ratione.

1. Metaphysica est virtualiter tota Philoso-  
phia.

2. Metaphysica est prima & nobilissima inter  
disciplinas Theoreticas.

3. Metaphysica nobilitas in primis à subjecto  
pendet; tūm à certitudine demonstrandi.

4. Utilitatem Metaphysicæ non oportet me-  
tiri lucris facultatum terrenarum, sed æstima-  
re ex fine suo.

5. Metaphysica est omnium disciplinarum  
difficilima.

6. Metaphysica unicuiq; disciplinæ objec-  
tum assignat. Ratio 1. de ratione. 2. de ratione. 3. de ratione.

7. Metaphysica prima principia confirmat,  
et ratione agit. Ratio 4. de ratione. 5. de ratione. 6. de ratione.

Dixi. Met. ap. 1. ceteris & Relativis

## 7 REPETITIONIS METAPHYSICA

- illaq; singulis disciplinis applicare docet.  
8. Metaphysica terminos omnium disciplinarum explicat.

### Errores.

1. Ramus & Ramistæ: *Metaphysicam partim rejicientes, partim cum Logica confundentes.*
2. Scheiblerus, Werenbergius, Cramerus, Keckermannus; *Metaphysicam per scientiam definientes.*
3. Timplerus; *in definitione Metaphysicae generis loco artem ponens.*
4. Alphrabius; *subjectum Metaphysicae solum Deum statuens.*
5. Averroës: *Deum simul & intelligentias ad aquatum subjectum Metaphysicae afferens.*
6. Dominicus Flandrientis; *qui excluso Deo, finitum Ens, quod in decem predicamenta distribuitur, subjectum facit Metaphysicae.*
7. Buridanus: *solas substantias à Metaphysico considerari docens.*
8. qui Ens per accidens vel Ens ratiōis subjecto Metaphys: comprehendendi antumant.
9. Keckermannus: *Metaphysicam dividens in tres partes: Quarum prima agat de divisionibus Entis. Secunda de cognatis. Tertia de oppositis.*

*Contra Corin. Et rebus suis  
Eni sed tu per se ipsa cognoscere non possis. que  
tertio prout et ratiōis et realis et aperte iudicata  
ad auxiliū.*

Errant.

*Sicutudo et negativa prioralia pietatis*

## PROOEMIUM.

8

10. Pererius: *dividens itidem Metaph: in tres partes: Quarum prima agat de spiritibus. Secunda de Transcendentibus. Tertia de praedicationis. Non enim habet operam secundum aptamq; ad scale existentium.*

*In hac capite, p[ro]m[on]ta circu[m]data signa definitum et op[er]a de scriptis. Homen  
birum Ens q[ui] d*

*PARS PRIOR METAP[HYSICÆ]. Logica p[re]sumatur. 2. Metaphysica p[ro]p[ri]e. 3. Physica p[ro]p[ri]e. 4. Physica p[ro]p[ri]e. 5. Pro  
p[er] et p[ar]t[ic]ulariter. 6. Universalia ab operis  
scale existentium.*

## DE ENTE ET EIUS

### AFFECTIONIBUS.

#### TRACTATVS PRIMVS

## DE ENTE IN GENERE,

### EIUS CONCEPTU ET QUASI

#### DIVISIONIBUS.

*Exclusum est Eni secundum Def[initio]nem. Sub aliis 3. Combinatio  
formalium numerorum ad divisiones) et al. tractat pro  
Entis quā Enis nulla nisi posint principia fermentari. Sub aliis  
Præcepta. 1. Entis quā quod 2. Combinatio et  
voluntate 2.*

I. *Ens est quod concipiatur ab intellectu tanquam notissimum.*

II. *Conceptus Entis est duplex: Formalis &*

*Objectivus. al quam quod intellectu & Naturae inveniente fieri*

III. *Formalis est ipse actus intelligendi,  
qui formaliter rem cognitam repräsentat,*

*candemq; formaliter in intellectu determinat.*

*Intellectus formam rationis suam Ph[ysica] f[or]mam Naturae  
h[ab]et et modus in ordine ad definitionem. q[ui] Secundum in  
ordinem ad naturam cognoscere quod terminatus IV. Ob[ject]us  
in aliis obiectu nullus. cognata Eni sunt 3. Realis & Objectivus.  
et 3. Concretum. Subiectu Naturale. et 3. Reale. Latius potest  
quam speciale. Cognitio & Horribilis & Accidens & Reale*

*f[ac]tum.*

An Ens sit genus triuicū sed ad Accidentis an mo  
vum

9 REPETIT: METAPHYS:

IV. Objectivus dicitur Res immediate per formalē cognita. v. g. Species sive imago equi in mente concepta & effecta est conceptus formalis; ipse verò equus extra mentem existit, ns est objectivus.

V. Ens sumitur 1. pro eo quod actum effendi seu existentiam habet. 2. quod existentiam in potentia habet, & tribuitur realibus essentijs, sive existant sive non: sic v. g. Rosa in hyeme non existens, Ens est.

VI. Est autem Essentia forma Entis per quam res est id, quod est.

VII. Existentia verò est actus, secundum quem res est extra suas causas.

VIII. Ens aliud est Incomplexum; aliud Complexum.

IX. Ens Incomplexum est id, quod primā mentis operatione, eaq; simplici concipiatur & intelligitur v. g. Angelus.

X. Complexum est, quod secundā intellectus operatione, nempe affirmatione & negatione conficitur. v. g. integra aliqua Enunciatio. v. g. Omne animatum vivit.

XI. Ens Incomplexum subdividitur in Reale & Rationis.

PARS PRIOR: <sup>quod habet esse extra intellectum</sup> IO

XII. Ens Reale aliud est Externum, aliud Internum. Externum est quod citra mentis fictionem non fit

XIII. Externum est, quod extra intellectum nemine nostrum cogitante existit. v. g. Arbor.

XIV. Ens Reale Internum est, quod subiectivè in intellectu est. v. g. omnes habitus scientifici.

XV. Ens Reale iterum aliud est per se, aliud per Accidens.

XVI. Ens per se est, quod repræsentat essentiam simplicem & impartibilem, sive illa categoriam certam ingrediatur, sive omnes transcendat. v. g. Homo, Deus.

XVII. Ens Per Accidens est, quod unam categoriæ Speciem non designat. Sed est Ens ex pluribus diversarum Categoriarum Entibus compositum. v. g. Homo Musicus.

XVIII. Ens Per se iterum distinguitur in Positivum & Privativum.

XIX. Positivum est quod essentiam veram habet, v. g. visus.

XX. Privativum est vel formæ vel habi-

B. Et in Cog. & sensib. stirps. homo. E.  
D. P. & H. & H. & et cetera est. Geog. filii

tus vel potentiae in subjecto habili negatio.

v. g. *Cecitas.*

*Ens rationis* est quod non sicut in conceptu per operationem intellectus.

**XXI.** *Ens Rationis* aliud est *propriè dictum;*

aliud *Fictum.* *Ens rationis* est quod non per operationem intellectus.

**XXII.** *Ens Rationis propriè dictum* est, quod in Philosophia usum habet. v. g. *Notiones secunde Logica, Grammatica, Rhetorica.*

**XXIII.** *Ens Rationis Fictum,* est nihil aliud, quam quoddam figmentum Poëticum v. g. *Purgatorium, Cerberus, Limbus.*

**XXIV.** *Ens* deniq; aliud est *Abstractum,* aliud *concretum.*

**XXV.** *Ens Abstractum* est, quod simplicem formam & essentiam præcise significat. v. g. *Fortitudo, Justitia.*

**XXVI.** *Ens Concretum* est, quod connotat formam cum connotatione subjecti, in quo illa forma reperitur. v. g. *Fortis, Justus.*

**If Ens & non Ens important primam contradictionem,** & proinde non agnoscunt medium.

**2.** Non-*Ens* est intelligibile per accidens.

**3.** *Ens* est omnium generalissimum & pri-

**4.** Omne

4. Omne *Ens* unicam habet essentiam & existentiam scil. completam.

5. Conceptus Entis est abstractissimus: scilicet secundum indifferentiam, non vero essentiam.

6. Inter *Ens* & non-*ens* infinita est distantia & proinde nulla proportio. *Naturam* non *Entitatem* possunt.

7. *Ens* est prius non-*Ente*, & non-*Ens* est prius *Ente* diverso respectu. v. g. *Philosophia* est *Ens*, prior è privatione.

8. Essentiam rei qui ignorat & veritatem, ignorat.

9. Essentia nunquam assequitur naturam *Entis*, donec assequatur esse existentia.

10. Essentia omnis propriam & essentialiem habet operationem, quam nunquam destituitur.

11. Conceptus Entis ad sua immediate inferiora (*substantiam* & *accidens*) non est *Uivocus*, sed *Analogus.*

12. Sola incompleta Entia pertinent ad Metaphysicam. + *Sola* in *incompleta* *formula* pertinet ad *Materia*.

13. *Ens* habet principia non essendi, sed tantum cognoscendi & a posteriori. *Quia* est universalissimum & primum, quod se nihil prius habet.

14. Aliud est, esse in intellectu Subjective v. g. artes & scientia: aliud Objective v. g. *Leo, equus*:

aliud objective consequenter v. g. *nationes secundae.*

15. Differunt Reale & Essentiale: Licet enim Re & essentia coincident, non tamen ita eorum

derivata. v. g. Realis unio est duarum in Christo naturarum, verum non essentialis, licet personalis.

16. Quæ per accidens sunt, sub scientiam non cadunt.

17. Cui denegatur habitus, illi nec privatio convenire potest. sicut & puer & defuncto.

18. A privatione ad habitum non datur regressus. sc: naturaliter à totali v. g. à morte ad viuere. tam. à cœlitate naturæ ad visum.

## Errores.

*Unitas & acti  
Salu & util  
in insperitatem  
Decidat*

- Errant*
1. Timplerus, qui quatuor fingit Ente latiora & Intelligibile, aliquid positivum, aliquid & essentialiam.
  2. Qui Ens Deo attribuunt loco generis.
  3. Scaliger, Deum proprie Ens dici negans.
  4. Iterum Timplerus Ens & Essentiam realiter distinguere volens.
  5. Adh: Timplerus Essentiam & Existentiam realiter distingui existimans.
  6. Qui Christi humanam naturam propriam existentiam habere negant.
  7. Scotistæ conceptum Entis univocum esse, assertentes.

TR. A.

Quæc considerabili in hoc capitulo generalis et speciales circa genitalem exinde ea sententia & opinio communis & distincta & diversa. Imitatio attributorum attributa habet multitudinem, non quod enim in uno contingueat ea, sed

## PARS PRIOR.

14. Etcc.

## TRACTATVS SECUNDVS.

## AFFECTIONIBUS ENTIS ESSENTIALIBUS.

De

## SECTIO PRIMA.

## DE AFFECTIONIBUS ENTIS SIMPLICIBUS.

## ARTICVLVS PRIMVS.

De Affectionibus Entis in genere,  
& in Specie de UNITATE.

## Præcepta.

- I. Affectiones Entis aliae sunt Essentialis; quam plures  
aliae Accidentales.
- II. Essentialis sunt, quæ primariò & es-  
sentiali nexu Entitatem in se continent.
- III. Sunt autem duplices Simplices &  
Conjunctæ.
- IV. Simplices sunt, quæ solitariè sumptæ  
respondent amplitudini subjecti.
- V. Et sunt tres: Unitas, Veritas & Bonitas.
- VI. Conjunctæ sunt, quæ non singulæ sed  
conjunctionem sumptæ, adæquant totum  
subjectum.

*Sunt, & aliæ & prædictæ & reprobatae  
B 3 Et*

derivata. v. g. Realis unio est duarum in Christo natus et varum, verum non essentialis, licet personalis.

16. Quæ per accidens sunt, sub scientiam non cadunt. Quæ nullum est deinde suum, sed aliud quod per se aliud sunt, ut in aliis. P. 248.

17. Cui denegatur habitus, illi nec privatio convenire potest. Sal. a de p. & de f. p.

18. A privatione ad habitum non datur regressus. sc: naturaliter à totali v. g. à morte ad vivitatem. Et hoc est. A calamitate naturali ad vitum.

### Errores.

*Unitas & alii  
basiv. unitas  
in nobilitate.  
Decretat*

*Errant*

1. Timplerius, qui quatuor fingit Ente latiora et Intelligibile, aliquid positivum, aliquid & essentialiam.
2. Qui Ens Deo attribuunt loco generis.
3. Scaliger, Deum propriè Ens dici negans.
4. Iterum Timplerius Ens & Essentialiam realiter distinguere volens.
5. Adh: Timplerius Essentialiam & Existentiam realiter distingui existimans.
6. Qui Christi humanam naturam propriam existentiam habere negant.
7. Scotistæ conceptum Entis univocum esse, assertentes.

TRA

Duplicis consideratio in his caput generalis et specialis. Cœca generatione excedenda. Existentia & Essentialia. Bonitatis & Simplicis. Attitudine attributa. Intri mixtæ. Ratiōne. In his quædrosum. Etio consequenter. Et cetera. Cœmendū. Et cetera. Et cetera.

### PARS PRIOR.

14

### TRACTATVS SECUNDVS.

## AFFECTIōNIBUS ENTIS ESSENTIALIBUS.

### SECTIO PRIMA.

### DE AFFECTIōNIBUS ENTIS SIMPLICIBUS.

### ARTICVLVS PRIMVS.

### De Affectionibus Entis in genere, & in Specie de UNITATE.

### Præcepta.

I. **Affectiones Entis aliae sunt Essentialis;** quæm physica **aliæ Accidentales.** conceptus communis & propriæ & prædictæ & subaffectiones.

II. **Essentialis sunt, quæ primariò & essentiali nexu Entitatem in se continent.** Excepit de recipio.

III. **Sunt autem duplices Simplices & Conjunctæ.** Generalia vero genericæ Generatæ, & se non sint nihil. Et ut futurum alia.

IV. **Simplices sunt, quæ solitariè sumptæ** co et recipio. **respondent amplitudini subjecti.** Speciales Conditiones.

V. **Et sunt tres: Unitas, Veritas & Bonitas.** Nemtrōnt dicta p. rō dicta p. rō

VI. **Conjunctæ sunt, quæ non singulæ sed conjunctim sumptæ, adæquant totum, subjectum.** alietum in fabrictum. Et non int̄ cœmendū.

*Unitas, & aliæ 3. prædictæ & recipio.* Et

## 15 REPETIT: METAPHYS:

VII. Et sunt vel *Immediatae*, vel *Mediate*.

VIII. *Immediate Ens* immediatè sequuntur, sunq; *Actus* & *Potentia*.

IX. *Principium*, & *Principatum*; *Causa* & *Causatum*; *Necessarium* & *contingens*. *Corruptibile*; & *Incorrputibile*; *Finitum* & *Infinitum*; *Dependens* & *Independens*; *Esse à se*. & *esse ab alio*. *Increatum* & *Creatum*.

X. *Mediate* mediantibus simplicibus Enti attribuuntur.

XI. *Mediante uno Enti* attribuuntur: *Idem* & *Diversum*, (quo pertinent *Modi Distinctionum* & *oppositionum*) *Simplex* & *Compositum*; *Totum* & *Pars*. *Universale* & *singularare*; *Communicabile* & *incommunicabile*.

XII. *Mediante Vero*, Enti attribuuntur: *Naturale* & *Artificiale*; *Mensura* & *Mensuratum*.

XIII. *Mediante Bono*, Enti attribuuntur: *Perfectum* & *Imperfectum*; *Compleatum* & *Incompletum*; *Absolute* & *Respectivum*; *Successivum* & *Permanens*.

XIV. *Accidentales Affectiones* sunt, quæ secundariò tantum, non essentiali nexu;

sed

sed sub determinato inessendi modo Enti, quâ Ens est, conveniunt.

XV. Suntq; (& quidem *Conjunctæ*) *Subiectum* & *adjectum*; *Signum* & *Signatum*.

XVI. De his omnibus ordine convenienti acturi, initium sumimus ab *Uno*.

XVII. *Unum* est, quod in se est indivisum, & divisum (*separatum*, *distinctum*) à quolibet alio.

XVIII. *Unum aliud* est *Per se*; aliud *Per accidens*.

XIX. *Unum Per se* est, ubi omnia essentialiter cohærent & unum sunt v. g. *Homo unus* est, qui ratione sua *essentia humana* indivisus est.

XX. *Unum per Accidens* est *Entis per accidentis* indivisio. v. g. *Philosophia* & *Theologia* in uno homine faciunt, unum *Philosophum Theologum*.

XXI. *Unum per se aliud* est *Indivisum*; aliud *Indivisible*.

XXII. *Unum Indivisible* est, quod nec actu nec potestate dividitur. v. g. *Deus*.

XXIII. *Unum Indivisum* est, quod par-

*U*nus erit acutus, p. definitus. B 24 o variis distinctiones tes

lata multum conseruantur, tunc suppeditantur, cordibus quodammodo in lata etiam de  
bet detinere multo et de virtute, quod est ipsorum alterius et numeri, alterius pre-  
alium modum admodum etiam in operibus detinere.

Malitudo, alia e habentia a cognoscendis

equis tentatū exinde sibi respondeat. vñ. et ordo voca un  
ponit et dicitur. et dicitur. Sicut et sibi respondeat. vñ.  
dicitur. et dicitur. Unus vel est omnia et non est omnia.

67 **REPETIT: METAPHYS:** Prædictum est per  
**res actu divisas non habet; actu tamen in**  
**partes, ex quibus compositum est, dividi**  
**potest: v. g. Corpus.** Ex parte animalium vel occidetur  
**XXIV. Unum etiam, aliud est Genere;**  
**aliud Specie; aliud Numerò; aliud Analogiā;**  
**aliud per Äquivalentiam.**

**XXV. Unum Genere** sunt, quæ idem  
agnoscunt Genus; Differentiæ autem op-  
positas habent. v. g. *Homo* & *Brutum* respectu  
*Animalis.*

**XXVI. Unum specie** sunt, quæ Defini-  
tionem agnoscunt eandem, nec distinguuntur  
oppositis differentiis. v. g. *Aristoteles* &  
*Plato.*

**XXVII. Unum Numerò** est, singulare sive  
Individuum. v. g. *Paulus Apostolus.*

**XXVIII. Unum Analogiā** sunt, inter quæ  
datur similitudo seu proportio quædam,  
v. g. *Christus* & *Pastor* sunt *Unum Analogiā.*

**XXIX. Unum secundùm Äquivalentiam**  
est; Ubi quid unum continuum manet se-  
cundùm totum, interim partes illius totius  
mutantur. v. g. *Aqua in Danubio præterfluens*  
*dicitur una, licet partes continuatè mutentur.*

*Ordo alius est ab aliis a confessione Regu-*  
*a et si non sit a Confessione vel a Posse*  
*opus a Confessione*

Regule.

1. Non Entis nullæ sunt affectiones, nullæ operationes. Sc: Reales & propria. Ex his nullæ sunt per
2. Affectiones Entis non differunt realiter ab Ente, sed tantum ex natura rei sive formaliter: quæ ad materiale enim fundamentum unum sunt. Ex his nullæ sunt per
3. Unius Rei possunt esse plures affectiones, quarum una non evertit alteram. v. g. unitas non evertit veritatem, nee veritas unitatem &c.
4. Nulla affectio destruit Rem cuius est affec-  
tio.
5. Affectiones Entis cum Ente reciprocantur. Ex his nullæ sunt per  
Et quidem vel simpliciter vel divisi.
6. Omne Ens simpliciter est unum. Scilicet Ens per se.
7. Omnis res est una per suam formam.
8. Unitas tanto est major, quanto dignior est ipsius causa. v. g. *Unio panis Sacramentalis* & corporis Christi, est potior, quam unitas fasciculi
9. Unio realis sive unitorum praesentia nul-  
la est.
10. Unio est affectio Entitatis: Multitudo nullitatis.
11. Varietas respectus, non tollit Rei Unitati-  
tem v. g. Unus homo potest admittere plu-  
mos respectus, ut nihilominus sit & maneat unus homo.

## REPETIT: METAPHYS:

12. Nulla datur multitudo, quæ non de uno participet. v. g. quæ multa sunt partibus, unum sunt in toto.

## Errores.

1. Scotistæ, qui Ens Reales & positivos affectiones habere afferunt.
2. Werenbergius, qui Existentiam affectionibus Entis annumerat.
3. Bartholinus, qui Rem & Aliquid affectionibus Entis accenset, cum tamen sint Synonyma Entis. Tafso arguit. Edibet n. et spes pro Haecymis Entis.
4. Timplerus unitatem inter affectiones conjunctas referens.
5. Avicenna, unitatem numericam à Transcendentali non differre existimans.
6. Zanchius afferens Divinam essentiam ita unam esse, ut tribus personis tanquam partibus constet.
7. Piscator & Goclenius Deum unum Generem vel specie appellare non erubescentes.

Errant.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

Consideratio Veri ratione et ratione negatione & conditione vero & non vero in Metaphysica. Ut sit. Primum per rationem determinari ratione & ratione negatione. Secundum per rationem & rationem non rationem. Tertium per rationem & rationem determinante ratione & ratione negatione. Quarto per rationem & rationem non rationem. Quinto per rationem & rationem ratione & ratione negatione. Sexto per rationem & rationem non rationem ratione & ratione negatione. Septimo per rationem & rationem ratione & ratione negatione non ratione & non rationem ratione & ratione negatione. Octavo per rationem & rationem ratione & ratione negatione ratione & ratione negatione non ratione & non rationem ratione & ratione negatione.

## VERITATE.

## Præcepta.

non possum gaudia vestigia Latina exco. de auctor ab alijs in multis quod lat. Latini de conuersis cordis. Rerumq; Veritas & rationibus. Ceteris usq; postmodum ad iuris contractu isti in multis conceperit & componebit. Platonum & aristoteles. Aristotelis proprius. Socratis.

**PARS PRIOR.** 20  
Veritas metaphysicæ mensura h[ab]et  
ca sed mensurando. **Præcepta.** 21  
nisi est inmediate con-  
suetudine præcepto  
in congruentia præcepto

I. Veritas est conformitas rei cum intellectu suo. Intellige intellectum divinum si sermo sit de rebus naturalibus: Humanum, si de artificialibus.

II. Veritas alia est Metaphysica; alia Logica;  
alia Ethica.

III. Veritas Metaphysica (alias veritas in-complexa, in essendo, transcendentalis) est ipsa rei veritas & modo definita est.

IV. Huic opponitur Ignorantia & quidem privativæ.

V. Ignorantia est vel simplex, secundum puram negationem; vel conjuncta cum erroribus & secundum pravam dispositionem.

VI. Ignorantia pure negationis est, quando simpliciter aliquid ignoratur, & nihil de re aliqua intelligitur. v. g. Infans ignorat scientias.

VII. Ignorantia pravae dispositionis est quando falsæ opiniones & errores habentur de aliqua re v. g. in Hareticis.

VIII. Veritas Logica (alias complexa, in

applicatio, his uero de his operi qui in genere operum habent significationem. Igitur uero de operatione. In primis habet significationem existentialem. In iis que non sunt in operatione factis est significationem gloriaria. Vero de Logica oportet remanentia in operationibus.

*significando, Instrumentalis) est congruentia orationis & rei, h. e. quando oratio cum re extra mentem posita exactè congruit. v. g. Homo est animal.*

**IX.** Huic opponitur *Falsitas*, quippe quæ propriè non in rebus simplicibus, sed in compositione & divisione consistit.

**X.** Hinc triplicia oriuntur *Falsa: Possibilia, Impossibilia & apparentia.*

**XI.** *Falsa Possibilia* sunt, quæ quidem actu non sunt, quando esse dicuntur, interim aliquando possunt esse v. g. *Nix jam decidit: Rector bodie disputabit.* *Illa quidem falsa sunt, cùm actus ita non habeant: Interim non impossibile est, ut ita sint, propterea dicuntur falsa possibilia.*

**XII.** *Falsa impossibilia* sunt, quæ quando esse dicuntur, nec sunt, nec esse possunt.

*Aliàs vocantur absurdâ. v. g. Lapis vivit; Homo est Spiritus; absurdâ & falsa impossibilia sunt.*

**XIII.** *Falsa apparentia* sunt, quæ apparent aliter quam sunt. v. g. *Quando umbras, picturas imagines & similia pro ipsis rebus sumimus.*

Veri-

**XIV.** *Veritas Ethica* ( aliàs *veracitas*) est congruentia cordis & oris h.e. per quam id, quod in corde sentimus, etiam ore, verbis, factis & gestibus externis exprimere studemus.

**XV.** Huic opponitur *Mendacium*: de quo vide *Ethicam*. *Mendacium est lassitudo veritatis. Ethicæ omnis homo formulari potest. Sicut orationes*

### Regulæ.

1. Veritatem rerum non facit Oratio, sed res ipsa. Non enim v. g. quia nos dicimus vel putamus hunc vel illum hominem esse album, albus est, sed propterea, quia albus est, nos qui dicimus, verum dicimus.
2. Veritas est perpetua, invicta penè & immutabilis. veritas enim, juxta illud, premi potest, op̄ primi non potest.
3. Veritas primò inest Enti simplici, & propter Ens simplex Enti complexo sive orationi.
4. Quicquid verum est, propterea verum est, quia ad primam veritatem refertur.
5. Veritas Entis est unica, indivisa & simplex, nulloq; modo sibi opposita & repugnans. Aliàs enim aliquid simul esset, & non esset, quod absurdiss.
6. Nihil potest esse verum in una disciplina & simul falsum in altera: Quia impossibile est, idem esse & non esse.
7. Veritas est in rebus, ut fundamento; in- diculiter con-

## REPETIT: METAPHYS:

conceptu tanquam in imagine, in voce & literis tanquam signis externis.

8. Veritas per se sufficientissima est, ad sui defensionem, neq; indiget opis externæ à Mendacio petitæ.

9. Antiquissimum quodq; verissimum. Scilicet simpliciter antiquissimum: quod enim tantum secundum quid antiquum est non statim verum est.

10. Non omne quod apparet, verum est.

11. Falsitas non est perpetua sed tandem dissolvitur.

12. Falsitas & multiplex & infinita; scientibus sunt infinite.

13. Qui falsum dicit non statim fallit. Unde distinguitur inter mentiri & mendacium dicere.

14. Error non est solus, habent errata sequaces.

## Errores.

1. Timplerus reprehendens Suarium quod salam veritatem in essendo ad Metaphysicam referat.

2. Idem, veritatem non ad aquatam Entis affectionem esse putans.

3. Idem, veritatem Enti aliquid superaddere existimans.

4. Duplicem veritatem, alias Theologicam, alias Philosophicam afferentes. Quoniam illas


qui secundum gradus iuramentum dicuntur. Sunt opposita et prioriora. 5. Propositiones novorum autorum cum oppositae sint ex parte ipsa. Iudicatio. Veritas est ut iuramenta cum oppositio ratione. Boni Philologij etiama non possunt esse iudicatio.

Errant

Bonum. Potes tam ergo bona fortuna ut divinitas opis  
boni. Propterea iuramento non iuramenta obsecrante

## PARS PRIOR.

6. Protagoras & Anaxagoras, qui rerum veritatem in arbitrio hominis volebant esse positam. 7. Non opis ut veritatem verae propositionis  
6. Logici, qui statuunt veritatem esse tantum affectionem orationis, sive propositionis.



## ARTICVLVS. TERTIVS.

## BONITATE.

## Præcepta.

I. Bonitas est perfectio Enti convenientia. v. g. Spiritus essentialiter dicitur bonus, quando habet essentiam vel perfectionem essentialēm naturæ Spiritus consentaneam.

II. Bonum primò aliud est Transcendentale, aliud Naturale; aliud Morale.

III. Bonum Transcendentale negatio defectus cuiusq; rei in suo genere: ut modò dictum.

IV. Bonum Naturale est congruentia naturæ, adeoque est convenientia, prout ad naturam determinata est v. g. Robur in membris, sapientia &c. Bonum Morale est onus obnoxium.

Opposite Boni operariuntur malum. Malum atque aliud regnatur. Malum autem est iudicium. Cetera. Aliud spirituale. Malum nesciit quod iudicium certum regnatur et ceteras claudentur. Nolum Morale est quod voluntarietur cum recta ratione. Nulum Politicum quod uniusq; compunctionem luxuriam.

V. Bonum Morale est perfectio actus vel convenientia Entis cum resta ratione. v. g. omnes virtutes Ethica & Theologica.

VI. Bonum Secundò, aliud est per Essentiam; aliud per participationem.

VII. Bonum per essentiam est, quod in se & per se bonum est, & à nullo alio bonitatem suam accepit. v. g. Solus Deus.

VIII. Bonum per participationem est omne id quod derivatum est à primo & sumimo. v. g. omnes res create.

IX. Bonum Tertiò, aliud est verum; aliud apparens.

X. Bonum verum est, quod homo nulla pravâ opinione aut affectu raptus, appetit. v. g. Honestè vivere, suum cuiq; tribuere.

XI. Bonum apparens est, quod homini aliquo affectu, aut opinione pravâ abrepto placet. v. g. Ebrietas, vindicta privata.

XII. Bono opponitur Malum, quod est privatio perfectionis debitæ in esse.

XIII. Malum (1.) aliud est simpliciter; aliud alteri.

XIV. Malum simpliciter est, quod nulli conveniens.

convenit rei, & cuius desideriō nemo afficitur. v. g. In perpetua servitute, aut continuis morbis vivere.

XV. Malum alteri illud est, quod uni rei convenit, alteri non item, sed ei potius contrarium est. v. g. venenum;

XVI. Malum (2.) aliud est Culpa; aliud Pæna.

XVII. Malum Culpa (alias Malum delicti) est quædam inordinatio ex actione vel omissione causæ liberè agentis proveniens. v. g. omnia peccata.

XVIII. Malum pæna, (alias Supplicii) est omnis Carentia boni naturalis, quæ malum Culpa sequitur, & à prima causa ob commissum malum Culpa infligitur. v. g. bellum, pestis, exilium.

XIX. Malum (3.) aliud per se; aliud per accidens.

XX. Malum per se est, quod perfectionis debitæ privationem significat. v. g. peccatum originale.

XXI. Malum per accidentem est, quod alte-

rius

in homine per se ipsum et bona exinde bonitatem praece-  
paliorem et qualitativam non et bonis qualitatibus vel geni-  
talius.

## 87 REPETIT: METAPHYS:

rius pravitate inficitur. v. g. *Bona opera in  
homine non renato.*

### Regulae.

1. Omne quod est, in quantum est, bonum est, scilicet transcendentale.
2. Nihil nisi bonum appetitur. sc. a voluntate sana: sig, non bonum verum, tamen apparet.
3. Bonis omnia bona sunt, sc. vel per se, vel ex eventu. v. g. *Lapsus primorum parentum*; morbi &c.
4. Quod per se Bonum est, praestantius est illo, quod ex Accidenti bonum est. v. g. *Sanitas deambulatione.*
5. Omne malum est in bono, & non est malum, quod non sit in bono: *Non autem in illo bono cui opponitur, sed in alio.* v. g. *Morale malum in bono Naturali &c.*
6. Bonum & finis inter se convertuntur. Intellige bonum, quatenus terminat appetitum. Alias etiam media possunt esse bona, sed non terminative, verum tantum ordinative.

- Nullum Ens potest dici malum in quantum Ens est, sed in quantum caret quoddam esse. Sicut etiam + malum non habet causam efficientem, sed deficientem: intellige efficientem propriam dictam.
8. + Malum non appetitur formaliter h. e. per

se,

## PARS PRIOR.

38

se, quam malum, sed materialiter sub ratione alicuius boni.

10. + Ex duobus malis minus est eligendum: Omne enim malum cum majori malo comparatum rationem boni nanciscitur. *Malum secundum malum minus datus & non poterat.*

### Errores.

1. Timplerus negando bonitatem esse affectionem Entis adequatam.
2. Idem, dum omnem bonitatem qualitatem esse statuit.
3. Manichæi & Priscillianistæ, qui senserunt aliquas res esse naturâ suâ malas simpliciter, & nullo modo bonas.
4. Hervæus, opinans formalem rationem boni esse ipsum Ens.
5. Calviniani illi, qui Deum causam mali esse blasphemant. Inter nos & verae primæ.
6. Scholastici, *Malum Ens Positivum* statuentes, cum sit privativum.

## SECTIO SECUNDA.

### DE AFFECTIONIBUS EN- TIS CONJUNCTIS IMME-

#### DIATIS.

De actis entitatis, quae est actus proprius agentis, quia est in potentia actuali. Et derivata ab agenti quia DIATIS. omnis alius relatio est in fieri. *Ex parte agentis.*

#### ARTICVLVS PRIMVS.

De actis entitatis, quae est actus proprius agentis, quia est in potentia actuali. Et derivata ab agenti quia DIATIS. omnis alius relatio est in fieri. *Ex parte agentis.*

#### ACTU ET POTENTIA.

Et derivata ab agenti quia DIATIS. omnis alius relatio est in fieri. *Ex parte agentis.*

Secundus est qui proximè sicut in humore. Tertius est qui distans ex parte  
potest. Quatuor est inservient. Non invenimus tamen modum recte. Utique  
non permanens experientia scaturit. Instauratur vero ex agere. Experiens autem  
tamen potest. Tertius est qui cum aliquam corporalem actuat. Tertius est quod per  
actum. Alius est qui est.

## REPETIT: METAPHYS:

### Præcepta.

I. *Actus* est qui dirigitur ad potentiam, eamq; compleat & perficit. v.g. *Forma hominis*, *anima rationalis*, est *actus* & completio *istius potentiae*, que erat in semine ad hominem.

II. *Actus* (1.) *alius est Essentia* *alius subs-*  
*tentia.*

III. *Actus Essentiae*, est qui rem ita actuat, ut ejus essentia constet, quæ definitione repre-sentatur. v.g. *Actum essentiae* considero in rosa, quando ejus quiditatatem scrutor sine ultra consideratione existentia.

IV. *Actus Subsistentiae* (vulgò *Existentiae*) est, quô non tantum aliquid quiditativer dicitur, sed etiam in certa & propria materia existere sumitur, b.e. est ipse modus subsistendi. v.g. *humanitas*, prout est in supposito individuo, vel *humanitas personata* habet actum subsistentiae.

V. *Actus* (2.) *alius est Purus*; *alius Impurus.*

VI. *Actus Purus* est, qui non in se mea habet.

In hoc modo unius istiusmodi habent etiam quinque *solu-*  
*tus ab omni potentia passiva vel potent-*  
*tialitate. v.g. Solus Deus.*

## PARS PRIOR.

30

*solutus ab omni potentia passiva vel potent-*  
*tialitate. v.g. Solus Deus.*

VII. *Actus Impurus* est complicatus cum aliqua potentialitate, vel cum Materia. v.g. *Angeli*, quippe qui compositi dicuntur ex *Actus* & potentia.

VIII. *Actus* (3.) *alius est Primus*; *alius Secundus.*

IX. *Actus Primus* est nihil aliud quam forma, ad quam consequitur vel consequi potest operatio. v.g. *Anima est actus primus corporis.*

X. *Actus Secundus* est ipsa operatio à forma illa producta. v.g. *Ratiocinatio*, quia est operatio animæ, dicitur *actus secundus* in respectu ad animam rationalem.

XI. *Actus* (4.) *alius est Signatus*; *alius Exercitus.*

XII. *Actus Signatus* vocatur, quatenus à singularibus abstractus ita sumitur. v.g. *Genus*, *Species*, *Axioma* &c. in *Logicis* considerantur in *Actu signato*.

XIII. *Actus Exercitus* est *actus*, prout in singularibus multiplicatus est, adeoque in

C 3

con-

dia ab ipso instituta. v. g. sic Deus non potest nisi credentes salvare.

**X X I I I.** Finita potentia est Entium finitorum, nempè creaturarum.

**X X I V.** Potentia Finita alia Rationalis; alia Irrationalis.

**X X V.** Potentia Rationalis dicitur libera & voluntaria, quæ omnibus ad agendum requisitis positis, in agendo est indifferens, ita ut possit agere vel non agere. Talis agendi vis est in Angelis & hominibus v. g. Hac potentia fatus studiosus potest scribere & non scribere. Disputare & non disputare.

**X X V I.** Potentia irrationalis dicitur illa, quæ sine ratione & libertate agit. Estque ipsa Potentia naturalis, quæ determinata est ad unum. Sic v. g. Sol habet potentiam Calefaciendi, ita, ut non possit non Calefacere.

**X X V I I.** Potentia Passiva est aptitudo si-  
ve receptibilitas quædam, quæ quipiam pati potest ab altero, quatenus est alterum. v. g. in homine multifaria datur potentia pas-  
siva, perpetiendi frigus, calamitates, famem &c.

**XXVII.** *Potentia Passiva* alia est *Objectiva*, alia *Subjectiva*.

**XXVIII.** *Potentia Objectiva* nihil est aliud, quām respectus rei possibilis ad suum agens, à quo produci potest. v. g. Secundūm hanc potentiam mundus ante creationem etiam respectu Dei extitisse dicitur.

**XXIX.** *Potentia Subjectiva* est quādam aptitudo in aliquo subjecto, ex quo ipse actus educitur. v. g. Secundūm hanc potentiam omnes formae in materia prima, & forma pulli in ovo esse dicitur.

**XXX.** *Potentia Subjectiva* iterum alia est *Naturalis*, alia *Obedientialis*.

**XX XI.** *Potentia Naturalis* est, quā ab agente suo naturali, in actum naturalem, potest deduci naturaliter. v. g. in aqua est potentia naturalis ad glaciem, cum naturaliter per operationem frigoris tanquam per causam naturalem actu ex aqua fiat glacies.

**XXXII.** *Potentia Obedientialis* est ea, secundūm quam quid potest admittere actum, non per naturalem inclinationem sive propensionem, sed per non repugnantiam.

tiam. v. g. Ex ligno fieri potest scannum, mensa, tabula. Ex aqua in Cana Galileæ fecit Christus vinum:

**XXXIII.** *Potentia* tandem alia est *Remota*, alia est *propinqua*.

**XXXIV.** *Potentia Remota* est, quā non nisi plurimis intermediis mutationibus educi potest in actum. v. g. Sic dicunt quod ex venabulo possit fieri venator, ex truncō rusticus, ex basta Miles.

**XXXV.** *Potentia proxima* est, à qua ad actum immediatus datur transitus. v. g. ē semine arboris fit arbor.

### Regula.

- Actus ordine naturæ, temporis & cognitionis prior est Potentiæ; v. g. Gallina prior est avo.

- Actus primus præcedit secundum: *causa enim prior est effectu.*

- Posito Actu primo non statim infertur secundus. v. g. *Licet homo sit risibilis, tamen non semper rideat.*

- Posito actu secundo necessariò infertur primus. v. g. *Quia fœminam video actu secundo ratiocinio*

- riocinari, igitur concluso, quod sit animal rationale, & per consequens Homo.
5. Negatō actu secundō non semper negandus est primus. v. g. licet corpus Christi in cœna non videatur, non palpetur; propterea non abest.
  6. Nullus fit actus nisi in materia prædisposita. v. g. Lapis non potest esse animatus.
  7. Quantum quidvis habet essentia, tantum etiam habet potentia. v. g. Quia Deus est perfectissimus in essentia, etiam est perfectissimus in potentia, & per conseq: omnipotens.
  8. Id quod potestate est, nondum est. v. g. Semen arboris non est arbor.
  9. Nullum Ens in potentia habet sua accidentia in actu. v. g. Semen hominis non ratiocinatur.
  10. Nulla potentia potest seipsum in actum deducere. v. g. in Tyrone aliquo potentia est ad eruditionem; ista autem potentia seipsum actuare non potest, sed opus est institutione & exercitatione, per quam ista potentia in actum ducatur.
  11. Non in quocunq; negatur actus eidem statim est attribuenda potestas, nisi subjectum sit habile. v. g. N. V. Homo actu cornutus non est, E. potestate.
  12. Impossibilia posse non est posse, sed non posse. v. g. Si Deus posset factum infectum reddere, mori, mentiri &c. non esset omnipotens, sed impotens.

Erro-

## Errores.

- Errant*
1. Scotus inter Actum & Potentiam reale discrimen esse negans.
  2. Beza universale discrimen faciens inter divitiae potentiam & εξοπλιαν potestatem.
  3. Zabarella omnem potentiam esse in secunda specie Qualitatis, statuens.
  4. Adversarij, qui in homine ad conversionem sui Potentiam Activam dari affirmant.
  5. Plinius, qui per hoc Deo aliquid detrahi existimat, quod mori & fallere non possit.
  6. Thomistæ cum Aquario Actum Entitatum impugnantes, & chimericum figuratum esse dicentes.



## ARTICVLVS SECVNDS.

De

## PRINCPIO ET PRINCIPIATO.

*Principia deinde quo Praecepta.*

- Primum caput quo utrumque à copia præceduntur  
Principium est id à quo aliquid procedit  
quocunque modo.*

Estque

**II.** Estque principaliter vel minus principaliter consideratum.

**III.** Principium principaliter dictum est Essendi vel Cognoscendi. *Ita principia pluta sunt  
deinde ut in disciplina etiam*

**IV.** Principium Essendi est, à quo aliquid fit, aut habet ut sic. v. g. Materia & forma, respectu corporum naturalium.

**V.** Principium cognoscendi est ratio quædam, per quam tanquam per se notum quid, innotescit aliud. *Talia principia sunt in disciplinis varia. v. g. Totum est majus quilibet suæ parte: Quodlibet est aut non est.*

**VI.** Minus principaliter consideratum. Principium dicitur, quod tantum in ordine positum est sine omni dependentiæ ratione. v. g. Consul est principium Senatus, & Fundamentum est principium domus.

**VII.** Principiatum est, quod ordinem habet ad principium. v. g. Corpora Physica sunt principia Materie & Forma.

### Regula.

**I.** Principiorum Ratio solùm ad Metaphysicam pertinet. *Scilicet in actu signato. Insuper intelligentur principia prima & universalia, non autem parti-*

particularia. Hec enim pertinent ad particulares disciplinas.

**2.** In principiis non datur progressus in infinitum. *Quia per se subordinantur. Ergo tandem deveniendum est ad primò primum, in quo tanquam in ultimo acquiescimus, & ad cuius normam cetera dirigantur.*

**3.** Principia essendi sunt etiam principia operandi h.e. Unde res habet, ut sit, inde etiam habet, ut operetur.

**4.** Pendens ab alio, principium primum dici nequit. *Alio modo scilicet per se primum dicitur, sed non ab aliis.*

**5.** Principia essendi sunt etiam principia cognoscendi, sed non vice versa. *Cid: unius principia cognoscendi sunt etiam principia essendi.*

**6.** Alia sunt aliorum principia, *Intellige non* primum, remota & universalia, sed secunda proxima & particularia principia.

**7.** Omnis causa est principium, sed non omne principium est causa. v. g. Pater in divinis dicitur principium filij non causa. Privatio est principium generationis, non causa. Aurora est principium diei, non causa.

**8.** Principium primum & summum dignitate est illud: *Deus est.* Primum & summum generalitatem est hoc: *Impossible est idem esse & non esse.*

**9.** Contra negantem principia non est disputandum. Scilicet à priori in illa disciplina, cuius negat, possumus tamen à posteriori. *Principia à posteriori adquiri possunt à ratione. Nam est duplex: uno modo est universalis, non est. Erro: sed ratiocinante, a diverso modo, formulante, est duplex: est à ratione, non est. Non est duplex: est à ratione, non est. Autem primum, & primum est principia principia.*

## Errores.

- Errant*
1. Qui quadam principia actu nobiscum nasci afferunt.
  2. Qui principia rationis confundunt cum principiis Theologie.
  3. Qui unius scientie objectum, per alterius principia demonstrare volunt.
  4. Photiniani, negantes aeternitatem Christi, id quod Pater ipsius principium.
- 

## ARTICVLVS TERTIVS.

De

## CAUSA ET CAUSATO.

## Præcepta.

I. Causa est principium, quod importat influxum ad esse causati. h. e. causa est tale principium, quod dat esse alteri: v. g. Sartor est causa vestis, quam efficit.

II. Causa (i.) alia est per se, alia per Accidens. *causa non causa à legiis*

III. Causa per se est, à qua directè pender causatum. v. g. Homo producit hominem, Leo Leonem.

IV. Causa

## PARS PRIOR.

40

IV. Causa per accidens est, quæ accidentiō modō ad effectum producendum concurrit. v. g. Veritas odium parit: ex malis moribus oriuntur bona leges.

V. Causa per se alia est Prima, alia Secunda.

VI. Causa prima est, quæ in ordine prima est.

VII. Causa prima alia est Suprema omnium causarum; alia proxima seu immediata.

VIII. Causa Suprema omnium causarum est, quando à causis ad effectum descendimus. v. g. Sol et frumenta generant hominem. *Nā sc̄ i lau. Nā dicitur*

IX. Estque vel Simpliciter prima, vel Secundum quid

X. Simpliciter prima est, quæ nullo respectu secunda dicitur v. g. Deus.

XI. Secundum quid prima est, quæ certō respectu tantum prima dicitur v. g. intelligentia & astra nonnunquam appellantur causa prima.

XII. Causa prima proxima est, quando ab effectu ad causas ascendimus h. e. quæ immediate effectum tangit, & cum eo proxi-

mè

4<sup>o</sup> REPETIT: METAPHYS:

mē cohāret. v. g. *Anima est prima causa vita.*

<sup>que à tri  
ne paret</sup> XIII. *Causa Secunda* est, quæ primæ sub-ordinatur, & in causando ab illa pendet.  
v. g. *Homo generans hominem, & omnia gen-  
tia particularia sunt cause secundæ, quia à  
Deo tanquam à primo motore dependent.*

XIV. *Causa* (2.) alia est *Universalis*; alia *Particularis.*

<sup>luna est  
alio tempore</sup> XV. *Causa Universalis* est, quæ non est ad unum determinata effectum, sed omnium, vel plerorumque causa existit. v. g. *Deus, cælum, Sol, stellæ & influxus cœlestes.*

XVI. *Causa particularis* est, quæ ad unum effectum determinata est. v. g. *Pyrus dat pyra, malus poma.*

<sup>luna non  
alio tempore</sup> XVII. *Estque vel Remota vel proxima.*

<sup>causat  
interventu</sup> XVIII. *Remota* quæ non immediatè ad effecti productionem concurrit, sed mediante aliis id in actum dedit.

<sup>causat  
interventu</sup> XIX. *Proxima* est, quæ effectum sine aliorum interventu immediatè tangit. v. g. *In animali causa remota sunt Elementa; pro-  
xima, corpus organicum.*

XX. *Causa*

PARS PRIOR.

42

X X. *Causa* (3.) alia est *Ordinaria*, alia *Extraordinaria.*

X XI. *Causa Ordinaria* est, quæ consueto modo, per vim solitam & ordinariam cau-<sup>que ordinariè caufat.</sup>  
<sup>caufat</sup>  
<sup>Interventu</sup>  
<sup>caufat</sup>  
<sup>caufat</sup> sat & aliquid producit. v. g. *Sol per ordina-  
riam causam semper movetur, oritur & occi-  
dit.*

X XII. *Causa Extraordinaria* est, quæ mi-  
raculosè & insolito modo causatum ali-  
quod ponit v. g. *Extraordinario modo fie-  
bat, ut Sol in pugna Iosue staret.*

X III. *Causa* (4.) alia est *adæquata*; alia *inadæquata.*

X XIV. *Causa adæquata* est, quæ cum effe-  
ctu suo <sup>recurrit</sup> v. g. *Rationalitas est causa  
Risibilitatis. & Risibilitas est causa Rationalitatis.*

X XV. *Causa inadæquata* est, quæ cum ef-  
fectu non <sup>recurrit</sup>, sed ei inæqualis est. v. g.  
<sup>in Logice</sup>  
<sup>in Bardotini</sup> *Animal est causa risibilitatis. non a. duo Respirationes & cœda ad hanc.*

X XVI. *Causa* (5.) alia est *Revera talis*, alia *sine-qua-non.*

X XVII. *Causa Revera talis* est, quæ non <sup>est aliud gla</sup> <sup>alio tempore</sup> adest otiosa, sed reipsâ agit in effecto ali-  
<sup>pt.</sup>  
<sup>alio tempore</sup> quo producendo, aut pars est ejus rei, quæ

D

con-

constituitur. v. g. *Effic: materia, formæ, finis.*

*media  
parte* **XXVIII.** *Causa-sine-Qua-Non est, quæ nihil agit, nec est pars constituens, sed est tantum quiddam sine quo non fit effectus, & si non adesset agens impediretur. v. g. Ca-  
lor nativus est efficacia purgationis causa si-  
ne-qua-non. *Quæ nigrum, &c. Dicitur in genere**

**XXIX.** Tandem *Causa* juxta species suas, alia est *Interna*, alia *Externa.* *Confusa sunt de-*

**XXX.** *Internæ* sunt *Materia* & *Formæ.* *Interna*

**XXXI.** *Materia* est id, ex quo quipiam fit, eo pacto ut insit. v. g. *ex corio Calceus.*

**XXXII.** *Materia* alia est *In Qua*; alia *Circa Quam*; alia *Ex Qua.*

**XXXIII.** *Materia In Qua* est subiectum in quo aliquid inhæret. v. g. *Tabula est ma-*  
*teria in qua nigredinis.*

**XXXIV.** *Materia Circa quam* est subje-  
ctum potentiarum & scientiarum sive dis-  
ciplinarum. v. g. *Materia circa quam versat-*  
*Sartor est pannus, aut aliud ex quo fit*  
*vestis.*

*Mate-*

**XXXV.** *Materia Ex Qua* & propriè sic di-  
cta est vel *Prima* vel *Secunda.*

**XXXVI.** *Materia prima* est primum sub-  
jectum ex quo inexistente res fiunt & in  
quod ultimò resolvuntur. v. g. *in Physicis*  
*corporibus est massa communissima, ex qua con-*  
*stant omnia corpora.*

**XXXVII.** *Materia Secunda* est, quæ non  
est simplex, sed prævijs dispositionibus &  
formâ essentiali jam determinatur. v. g.  
*Aqua est materia nubium.*

**XXXVIII.** *Materia Secunda* alia est *Intel-*  
*ligibilitis, alia Sensibilis.* *Nisi vocabulum præi-*

**XXXIX.** *Materia Intelligibilis* est id, cui  
notionem mens attribuit ob meliorem co-  
gnitionem, in sua verò natura nihil minus  
est quām materia. v. g. *Materia Syllogismi Lo-*  
*gici sunt tres propositiones.* *Omnis materia rea fieri potest.*

**XL.** *Materia sensibilis* est, omnis illa, ex  
qua aliquid fit, & revera extrà mentem  
componitur. v. g. *ex farina fit panis.* *Quæ in corpore obiecto*

**XLI.** Estque tum *Transiens*, tum *Perma-*  
*nens.*

**XLII.** *Transiens* est, quæ in generatione

*Vocatur alioz D 2 matrix modis perig*

perit & aliam formam induit. v. g. *ex ovo fit pullus; ex semine arboris, arbor.* *Ex farina fit panis*  
*ex terra fit terra*

**XLIII.** *Materia permanens est, quæ totam*  
*essentia suæ naturam & integratatem retinet,*  
*illamq; ad constitutionem Compositi,*  
*tanquam partem essentialeim confert. v. g.*  
*ex arenæ fit statu;* *ex argento poculum.*

**XLIV.** *Forma est quæ dat esse Rei. Eandem*  
*scilicet constituendo, ab alijs distinguendo, &*  
*certas operationes producendo.*

**XLV.** *Forma Primò alia est Informans; alia*  
*Afflens.*

**XLVI.** *Forma Informans est, per quam res*  
*est id quod est.*

**XLVII.** *Estq; vel Essentialis, vel Acciden-*  
*talis.*

**XLVIII.** *Essentialis est, quæ ipsam essen-*  
*tiam constituendo facit unum Ens per se.*

**XLIX.** *Estque vel Separabilis vel Insepara-*  
*bilis.*

**L.** *Separabilis est, quæ sublatâ materiâ*  
*separatur. v. g. Anima rationalis.*

**LI.** *Inseparabilis est, quæ quia à materiâ*  
*simpliciter pendet, existere extra subje-*  
*cum à mā separari negat.*

*stum nequit. v. g. Formæ reliquorum ani-*  
*mantium* animæ deputat sicut in primis partibus vel in den-

**LII.** *Estque tūm Generica, tūm Specifica.*

**LIII.** *Generica est, quæ dat actum imperfectum & cum potestate junctum. v. g. ani-*  
*ma sentiens & vegetans in homine.* in primis partibus

**LIV.** *Specificæ est, quæ dat ultimum, actum essendi & existendi. v. g. anima ra-*  
*tionalis in homine.*

**L V.** *Forma Accidentalis est, quæ acciden-*  
*taliter essentiam determinat; cumque ea*  
*unum Ens per Accidens constituit. v. g. eru-*  
*dito in homine, est forma hominis quia per*  
*eruditionem homo fit & dicitur eruditus.*

**L VI.** *Estque vel Naturalis, vel Artificialis.*

**L VII.** *Naturalis est, quam constituunt*  
*Accidentia subjecti per naturam inhæren-*  
*tia. v. g. Quod homo incedit erecto corpore, à*  
*forma naturali est.* non quod ad actum per se recte in

**L VIII.** *Artificialis est, quæ ab arte in*  
*materiam introducitur. v. g. Forma Mense,*  
*vestis, cultri &c.*

**L IX.** *Forma Afflens est, quæ motum &*  
*operationem alicujus rei dirigit, ipsam ve-*

rò essentiam non ingreditur. v. g. *Nauta* est *forma navis assistens, qui cursum & viam na-vis dirigit.*

L X. *Forma Secundò: Alia est Metaphysica; alia Physica; alia Logica.*

L XI. *Forma Metaphysica est ipsius rei quiditas & essentia tota. v. g. Humanitas Hominis forma est.*

L XII. *Forma Physica est altera pars compositi in materiam recepta. v. g. Forma es-sentialis, que in homine est anima rationalis, est forma Physica.*

L XIII. *Forma Logica (aliás Differentia specifica dicta) est, quæ Genus ad speciem re-stringit. v. g. rationalitas in definitione hominis.*

L XIV. *Cause externe sunt Efficiens & Finis.*

L XV. *Efficiens est, à qua primò fit actio. Relique enim cause agunt quidem, sed non primò, verùm virtute cause efficientis.*

L XVI. *Efficiens (i.) alia est Principalis; alia Minus principalis.*

L XVII. *Efficiens Principalis est, causa à qua primo vel quod primario causat. pro-*

*propria & prædominans. v. g. Dux belli est primarius autor.*

L XVIII. *Efficiens Minus principalis est causa adjuvans, quæ in agendo cooperatur causæ principali. v. g. Militis intercessio & auxilium Ducem.*

L XIX. *Estque vel Impulsiva; vel Instru-mentalisa.*

L XX. *Efficiens impulsiva est, quæ prin-cipali servit eam movendo & impellendo. v. g. odium sapè impellit hominem ad calun-nias.*

L XXI. *Estq; alia Interna, alia externa.*

L XXII. *Efficiens Impulsiva interna (Græcè ὡργὴ μέν) est, quæ intus impellit ad faciendum quippiam. v. g. affectus, ambitio, libido, invidia. &c.*

L XXIII. *Efficiens impulsiva extrinseca (Græcè ὡργὴ ἀπόλιτη) est, quæ exterius mo-vet & excitat. v. g. Convicia sapè sunt cau-sa pugnae & verberationis.*

L XXIV. *Efficiens Instrumentalis est, quæ ad effectum producendum à causa principali assumitur. v. g. Penna est instru-mentum scribe.*

LXXV. *Instrumentum aliud est factitium*, v. g. *ignis quo utuntur chinici* (aliud passum) v. g. *Malleus, quo utitur faleſ(3)Aliud Naturale*, v. g. *Manus* (aliud artificiale, v. g. rbedas) *Aliud animatum*, v. g. *Milites victoriae* (aliud inanimatum, v. g. *Bombarda*, hastæ gladius) *Aliud corporeum*, sive manus, v. g. *incus* (aliud spiritale sive mentale, v. g. Logica. &c.)

LXXVI. *Efficiens* (2.) alia est *Naturalis*; alia *Voluntaria*.

LXXVII. *Efficiens Naturalis* est, quæ insitâ naturâ & facultate, sine deliberatione agit. v. g. *ignis urit. Magnes trahit ferrum.*

LXXVIII. *Efficiens Voluntaria* est, quæ destinatô Consiliô & liberâ voluntate effectum producit. v. g. *Deus liberrime creavit omnia; Homo liberè frequentat conciones publicas.*

LXXIX. *Efficiens* (3.) alia est per *Emanationem*; alia per *Transmutationem*.

LXXX. *Efficiens* per *Emanationem* est, quæ effectum sine mutatione & passione, producit. v. g. *Sole est causa luminis in aere,* quia

*quia nempe lumen quasi emanat ex sole. Et anima rationalis efficiens risibilitatis.*

LXXXI. *Efficiens* per *Transmutationem*, est, quæ cum mutatione & Passione agit. v. g. *arcularius officit tabulam vel scannum.*

LXXXII. *Estq; vel Univoca vel Equivo- ca.*

LXXXIII. *Efficiens Univoca seu forma- lis* est, quæ effectum ejusdem rationis & speciei per virtutem formæ suæ producit. v. g. *Homo generans hominem.*

LXXXIV. *Efficiens Equivoca, seu vir- tualis* est, quæ effectum alterius rationis h. e. specie a se diversum producit. v. g. *Sol producit ranas.*

LXXXV. *Finis* est causa cuius gratiâ res est v. g. *eruditio est finis studiorum.*

LXXXVI. *Finis Primò* alius est *Principaliſ*; alius *Minus principaliſ*.

LXXXVII. *Finis principalis* est, ad quem omnia referuntur. v. g. *Finis principalis studiorum est honor Dei, Ecclesia & Republicæ salus.*

LXXXVIII. *Estque vel Simpliciter Prin- cipa-*

cipalis & ultimus; vel Secundum quid & in certò genere.

**LXXXIX.** Finis Simpliciter <sup>et</sup> incipialis est, qui nullum prorsus aliud finem habet, ad quem referatur, sed ultimò terminat actio-  
nem agentis. v. g. *Gloria Dei* est principalis  
& ultimus *finis omnium nostrarum actionum*.

**XC.** Finis Principalis in certo genere ( alias intermedium & subordinatus ) est, qui ordina-  
tur in ulteriorem finem. v. g. *Eruditio* est  
*finis principalis studiosi, qua tamen dirigitur  
in salutem Ecclesie vel Reipublice.*

*Finis Minus* principalis seu secunda-  
rius est, qui propter aliud intenditur, & ob  
aliud consequendum amatur. v. g. *Libros  
emere, lectiones audire & ediscere* sunt *finis stu-  
diosorum.*

**XCI.** Finis Secundò alias est *Internus*; alias *Externus*.

**XCIID.** Finis Internus est, qui in ipsa arte  
consistit, & ab illa acquiritur, nec ab eadem  
abesse potest, v. g. *Finis Logicae internus* est  
*Syllogismus.*

**XCIV.** Finis Externus est, qui extra artem

con-

consistit, & ab ea sèpissime abesse potest.  
v. g. *Finis Logicae externus* est *veritatis in-  
vestigatio & consecutio.*

**XCV.** Finis, Tertiò, alias est *cujus*; alias  
*cuī.*

**XCVI.** Finis Cujus est, <sup>(hunc nihil emi quod hinc)</sup> *cujus* acquirendi  
gratiā efficiens movetur & agit. v. g. *San-  
itas est finis Cujus in Medicina.*

**LCVII.** Finis Cui est utus rei in alio, cui fi-  
nis procuratur. v. g. *Medicina finis cui* est  
*agrotus.*

**XCVIII.** Causatum est quod à causa suum  
esse habet. <sup>principia ita causa procedit.</sup>

**XCIX.** Estque aliud *Materiatum*, aliud  
*formatum*, aliud *Effectum*, aliud *Finitum*.

**C.** *Materiatum* est, quod à materia existit.  
v. g. *Calceus est materiatum Corij.*

**CI.** *Formatum* est, quod à forma depen-  
det. v. g. *Homo est formatum anime rationa-  
lis.*

**CII.** *Effectum* est, quod ab efficiente pro-  
ducitur. v. g. *Mensa est effectum arcularij.*

**CIII.** *Finitum* est, quod à fine dependet.  
v. g. *Navigatio est finitum lucri.*

## Regulae.

1. Omnis causa suo effectu prior est Ordine naturæ, cognitionis & dignitatis. Ordine Naturæ; quatenus causa dat, effectum accipit. Ordine cognitionis; *Si species cognitionem à priori, si-ve distinctam illam.* Ordine dignitatis, *si species causam quatenus causa est.*
2. Causæ sibi invicem sunt causæ. *b. e. porri-*  
*gunt sibi mutuas operas. Sic finis movet efficientem,*  
*materia formam sustentat, forma materiam perficit.*
3. Qualis causa talis effectus. *Valeat in causis*  
*per se & univocis, & deniq; respicit attributa cause, in*  
*quantum causa est.*
4. Nihil est causa sui ipsius. *Quia nihil potest*  
*seipso esse prius & posterius.*
5. Causa nihil potest dare effecto, quod ipsa  
non habeat formaliter vel eminenter. *Forma-*  
*liter b. e. eodem modo sive subjective. Eminenter, b. e.*  
*modo excellentiori, sive virtualiter & effective.*
6. Causa sufficiens in actu producit effectum.  
*Hac dno enim, sufficientia scilicet & actus, requirun-*  
*tur, ut sequatur effectus.*
7. Causa causæ est etiam causa causati. *Valeat*  
*in causis per se & essentialiter subordinatis; non*  
*vero in causis per accidens, seu accidentaliter subor-*  
*dinatis.*

8. In

8. In nullo causarum genere datur progres-  
sus in infinitum. *Natura enim abhorret ab infini-*  
*to.*
  9. Ex Materia & forma fit unum per se. *Sunt*  
*enim partes essentiales.*
  10. Materia est causa multiplicationis & con-  
fusionis. Contrà forma est causa distinctionis  
scil: primaria & accurata. *Hinc Genus materiae, dif-*  
*ferentia specifica forma est Symbolum.*
  11. Materia & forma sunt principia simul e-  
xistentia. *Quicquid igitur habet materiam, idem ha-*  
*bet & formam & viceversa.*
  12. Materia appetit suam formam. *Absen-*  
*tem appetitu desiderii; presentem appetitu complacen-*  
*tia.*
  13. Ex nihilo nihil fit. sc. ex nihilo negativo.  
*b. e. purè nihilo nihil generatur in rebus naturalibus.*
  14. Quicquid materiae est expers etiam pas-  
sionis est expers. *Intellige de eo, quod per se est, & erit*  
*universaliter vera. Nam materia est passionis prin-*  
*cipium, quod ubi non datur, ibi nec ipsa passio dari potest.*  
*Sic v. g. anima rationalis per se passionis est expers,*  
*quia materialis non est; Interim tamen ad eam passio*  
*quog; pertingere potest, quatenus cum materia, corpore*  
*nim. conjuncta est.*
  15. Materia est prior formâ scil. prioritate na-  
ture; quia materia rationem subjecti habet. *Interim*  
*ordine dignitatis forma prior est materia;* quia forma  
*Nihil est effectus nisi per formam.*
- Propositio sic significat ut forma est causa & vel ratione & vel dignitate & genitatem habens, ut aliud effectus aucti veluti*

materiam actuat, perficit & in perfecta specie constituit.

16. Unius rei unica tantum est forma. Intellege de forma essentiali non accidentaliter: *De forma specifica non Generica.*

17. Forma non conspicitur, non incurrit in sensus. scil: a priori; interim tamen a posteriori, per operationes & effectus.

18. Sublato formalis manere potest materiale. *Valeat de formalis respectivo non absoluto.*

19. Dans formam dat etiam consequentia formam proprietates nimurum & actiones. v. g. *Qui dat rationalitatem homini, dat etiam risibilitatem tanquam rationalitatis consequens.*

20. Deus dat esse rei, forma dat esse rei & materialiter esse rei. Deus effectivè, quatenus omnia facit: forma formaliter dat esse composito: *Materia substantialiter dat esse formam.*

21. Forma substantialis posita est in indivisiibili h. e. non admittit magis & minus in eodem genere. v. g. *Anima Socratis non est magis anima, quam Platonis.*

22. Denominatio alicujus rei potest fieri à forma extrinseca. v. g. *Ætiops dicitur niger; homo pater; consul vel iudex injustus non nisi à forma ad ventitia & externa.*

23. Nihil agit ultra speciem vires suas. v. g. *Homo non potest creare mundum.*

*Viciatura cuius jeft iaspina gloria & libertate  
ne debita excedat & post relictam eron aerata proli  
cissive dispensetur.*

#### 24. Causa

24. Efficiens Causa agit in suum v. g. Deus verbo suo non agit in caudicem.

25. Efficientis creati vis est major vel minor pro diversitate materiae v. g. ignis aliter agit in materia rara, ut in stramine: aliter in densa, ut in ferro.

26. Omne agens agit propter certum finem. Deus enim & natura nihil faciunt frustra.

27. Efficiens principalis non excludit Instrumentalem. v. g. *Christus salvat & baptismus salvat.*

28. Causa secunda non potest aliquid efficerre sine prima. Potest tamen deficere. Deus enim tanquam prima causa, actionis, non vitij causa est.

29. Instrumentum agit dispositivè. h. e. subservit actioni principalis agentis & ab illo accipit determinationem. v. g. *Legatus à suo principe dirigitur.*

30. Instrumentum activum præstat passivo. v. g. *Servus qui est instrumentum Heri, præstat lioni.*

31. Instrumenti vis consistit in usu. v. g. *Penna qua usum non habet ne quidem censenda est talis.*

32. Causa naturalis determinata est ad unum oppositorum v. g. *ignis ad calefactionem.*

33. Causa voluntaria est indifferens ad opposita v. g. *Faber aut edificat, aut non edificat.*

34. Finis est omnium causarum prima. Quia videlicet primò movet: unde illud: *Finis est primus in intentione, ultimus in executione.*

35. Finis omnis bonus est. *Quia movet motu*

*Causa finis secundum suum esse in desiderijs  
in videlicet operarij.*

*Conveniens est utrumque ordinis hoc operarij non sit operarij  
conveniens sicut est prius in operarij ordine. Conveniens*

*desiderij.* Bonus autem est vel ἀληθῶς, verè; vel  
δοξαῖνος, apparenter.

36. Finis Conciliat mediis amabilitatem, or-  
dinem & mensuram. Sic labor dulcescit, rite susci-  
pitur & perficitur si quis certum sibi prestinat suo-  
pum.

37. Qui destinat ad finem, destinat ad media.  
Intellige, appetitum ordinatum & serium, itemq; per  
se, non autem illum, qui est confusus, simulatus & per  
accidens. v. g. studiosus qui serio vult eruditionem,  
vult quoq; media.

38. Propter quod unum quodq; tale est, illud  
magis tale est. v. g. si amas hominem propter piet-  
atem, magis amas pietatem.

39. Finis principalis non tollit accessorium.  
Finis enim principalis includit subordinatos. Et subor-  
dinata nunquam pugnat v. g. gloria Dei & salus no-  
stra.

40. Quicquid est in causato præexistit in cau-  
sa, vel formaliter vel eminenter.

### Errores.

1. Ramus & Ramistæ, qui definitivam causa-  
rum considerationem ad Logicam referunt.
2. Platonici, Exemplar peculiare genus cause  
constituere afferentes, cum ad efficientem reduci  
debeat.

3. Ijdem

3. Ijdem, omnes causas in principales & instru-  
mentales dispescentes, & omne id, quod ab alio de-  
pendet, instrumentum vocitantes.
4. Alstedius, Goclenius & alii, qui tres Trini-  
tatis personas creationis causas socias nominant.
5. Stoici, qui referente & approbante Seneca  
lib. 8. Eph: 60. contendunt, quod unica tan-  
tum sit causa videlicet efficiens.
6. Philosophi, qui teste Aristotele l. 1. Metaph.  
c. 5. Materiam tantum causam esse voluerunt.
7. Durandus & Taurellus, opinantes causas se-  
cundas producere effectus, nulla aliâ adjuvante  
causa superiori.
8. Arabes, qui dicebant causas inferiores ni-  
hil operari, sed Deum solum ad ipsarum pra-  
sentiam effectus facere.
9. Timplerus, qui l. 3. Metaph: c. 2. q. 63. p.  
317. negat formam informare materiam.
10. Ramistæ, Accidentium materiam propriè-  
tate dicilam esse affirmantes.
11. Philosophi, qui finem causam esse negarunt.
12. Philosophi, qui negarunt naturam propter  
finem agere.



## ARTICVLVS QVARTVS.

De

NECESSARIO ET CON-  
TINGENTE.

## Præcepta.

I. *Necessarium est, quod non potest aliter esse. vel quod est impossibile ad aliter se habere & mutari, seu quod Entitatem immutabilem habet & non potest non esse.*

II. *Necessarium (1.) aliud est Complexum, aliud Incomplexum.* *Necessitas propria & non naturale est.*

III. *Complexum est in propositionibus necessariis vel formaliter; ut in modalibus: vel Materialiter. Ut in iis quæ dicuntur κανόνες, καλ' ἀντὸν & καθέλες v. g. Necesse est, omnem hominem esse animal: vel corpus necessariò est quantum, & omne quantum est corpus.*

IV. *Necessarium Incomplexum est res simplex, prout nimirum ipsa rei natura non*

potest

*potest se aliter habete. Sic. v. g. Deus, est Ens necessarium, Homo, Corpus &c.*

V. *Necessitas (2.) alia est Independens, alia Dependens.*

VI. *Necessitas independens folius Dei tanquam Entis Entium propria est: ipse enim suam Entitatem alteri non debet, sed à se ipso habet, & ab ipso omnis dependentia removenda est.*

VII. *Necessitas dependens creaturarum est propria, quæ à Deo ejusq; liberâ voluntate sunt producta, & produci non potuissent; imò à Deo, si libitum ipsi esset, iterum in nihilum redigi possent.*

VIII. *Necessaria dependentia, vel Necessitate definitionum & Demonstrationum: vel absoluta: vel Hypotheticâ necessitate sunt necessaria.* *Necessitas fundat e genere specie & genere regno se habeat.*

IX. *Necessitas definitionum seu Demonstrationum est, ubi si fingatur oppositum, fit implicatio contradictionis. v. g. Si Trigonus non habet tres angulos, non est Trigonus: se virtus non congruens quiddam cum regulâ mentis divina, non est virtus.*

*Eque.* X. *Necessitas absoluta* (alias *Simplex*, *Physica*, *præcedens & consequentis dicta*) est, quæ à causa, eodem modo agente, nec facile, nec frequenter ab ordine præscripto rece-dente, dependet. v. g. *ignis necessitate Physicâ urit*; & *corpus grave deorsum descendit*.

XI. *Necessitas Hypothetica* (alias *conditio-nis, mutabilem, consequentia necessitas dicta*) est, quæ rebus tantum, ob aliquam hypo-thesin tribuitur v. g. *Necessarium dicitur ve-nire scandala, non simpliciter, sed ex necessita-te hypothetica, quæ hypothesis malitiam homi-num involvit*.

XII. *Necessitas* (3) alia est *coactionis*; alia *Immutabilis*.

XIII. *Necessitas Coactionis* est, quæ fluat à principio, quod extra nos est, ita ut ad motum illum non cooperemur, sed renita-mur, obluctemur ac repugnemus. *Talis Ne-cessitas est in omnib. actionib. violētis, quæ nobis invitis sunt.* v. g. *si aliquis Nauclerus cum sua navi & mercibus in aliquam rupem impella-tur, suę merces, saltem quò suam vitam ser-vet, ejicere cogatar.*

*Neces-*

XIV. *Necessitas immutabilis* est, quæ fit, absque violentia & coactione, causâ ipsâ ad agendum immutabiliter se habente. v. g. *Secundum banc necessitatem homo necessariò est homo; quandiu enim illa forma rationalis in hac materia seu corpore adest, non potest non esse homo.*

XV. *Necessarium* (4.) aliud est *ad esse*; aliud *ad Bene esse*.

XVI. *Necessarium ad esse* idem est ac *Nec-sarium absolutum*.

XVII. *Necessarium ad bene esse* potius utile quam necessarium ducendum videtur. v. g. *recte dicitur, Logicam ad aliarum discipli-narum cognitionem esse necessariam, quoad be-ne esse: non quod in illis sine Logica plane ni-bil sciri possit, sed quod sine ea non tam bene in scientiis proficiamus.*

XVIII. *Contingens* est, quod fieri vel non fieri potest, seu quod potest se aliter habere. v. g. *in hominibus sunt actiones contingentes.*

XIX. *Contingens* aliud est in *Essendo*; aliud in *operando*.

**XX.** *Contingens in Essendo est*, cuius esse est mutabile, adeoq; & esse & non esse potest. v. g. *Sic omne corruptibile est Ens contingens*; & *omnia corpora mixta sunt Entia contingentia*.

**XXI.** *Contingens in operando est*, quod in operationibus est variabile, adeoque aliter atque aliter operari potest. v. g. *Agens liberum est contingens in operando*.

**XXII.** *Contingentia etiam alia est extrinseca*; alia *intrinseca*.

**XXIII.** *Contingentia extrinseca est*, quam aliquid ab extrinseco principio mutari potest. v. g. quando *agens impeditur in sua actione*. *Sic in cursu naturae contingentia extrinseca sunt & generantur monstra*.

**XXIV.** *Contingentia intrinseca est ipsa libertas voluntatis*, quæ & agere & non agere potest. v. g. *homo contingenter ambulat, liberè frequentat templum*. *Et sic etiam in Deo datur contingentia, quia scilicet agens liberum & voluntarium*.

### Regula.

**1.** *Omne quod est, dum est, necesse est esse. Scilicet*

*quoad actum essendi, non verò ratione cause antegressa.*  
v. g. *Qui sedet non potest non sedere, nempe illo actu, quando sedet, interim ex libera causa sedet, ita ut potuisse non sedere.*

**2.** *Quod fit naturæ ordine, necessariò fit. Quia natura ita est à Deo constituta, ut in se sit rata, stabilis & immota.*

**3.** *Necessitas & contingentia nonnisi ex causis proximis estimatur. Hec enim quando necessariò & immutabiliter coharet, jam inde orietur effectus necessarius. Si verò mutabiliter respicit suum effectum, saltem contingens erit: Interim fieri potest, ut influxus cause remota & universalis sit necessarius.*

**4.** *Entia ex hypothesi necessaria sunt etiam contingentia. Et quidem simpliciter sunt contingentia, non verò nisi secundum quid necessaria: Non enim habent necessitatem nisi ob aliquod antecedens, quod ita ponitur; ut si v. g. ponatur aliquem loqui, necessario is dabit sonum, interim ex libertate contingenter loquitur.*

**5.** *Contingentiam & libertatem rebus qui adimit, is Deum peccati autorem constituit. Quia tum fieret peccatum necessariò, adeoq; dispositio ne prima causa, quæ est solus Deus.*

**6.** *Divina præscientia non tollit rerum contingentiam. Scilicet Deus præscit res earumq; actiones, uti in se sunt; at verò multa in se sunt contingentia.*

*E. etiam à Deo præsciuntur, ut contingentia. E. per*

*Ne nō infāt dux. E. 4. B. dūdū dūlū illam  
nosē la pūlōt. E. 3. 2. mēlē a pūlō dūlō dūlō  
pūlō mēlō i lātō pūlō. Nēk dūlō dūlō dūlō  
dūlō. Annotatio.*

*illam präsentiam Dei, nullo modo tollitur contingencia rei.*

7. + Libertas non omnem statim tollit necessitatem. Tollit enim saltē coactionis necessitatem, cuius  
opponitur; non autem honestatis vel hypotheseos; Sic  
v. g. studiosus Posonium missus libere impalat studiis.  
voluntas enim ipsius libera est & nequit cogi. Atta-  
men hic intercedit necessitas quādam honestatis & hy-  
potheses, ubi ratione officii, mandati, debiti, promissio-  
num necessariō invigilat studiis.

8. Futurorum contingentium non est deter-  
minata veritas. Sensus est, quod de rebus futuris ne-  
mo certò affirmare possit, utra pars futura sit vera: &  
Ratio est, quia res future sunt mutabiles & conse-  
quenter veritas illarum certa & determinata non est.


*Errores.*

1. Scheiblerus, vocabula hac: *Necessarium, aeternum, incorruptibile pro Synonymis habens.*
2. Conimbricenses, inter *Necessarium & contingens medium statuentes.*
3. Qui *Necessarium & contingens parti speciali Metaphysica & speciebus Entis assignant.*
4. Timplerus, qui formalem rationem necessarij ponit in *actu necessarij*, quatenus *necessarium est: item in qualitate per quam Ens aliter se haberet non potest l. 2. Met. c. 6.*
5. Stoici, *omnia necessaria fieri putantes.*

6. Epi-

*Errant.*

6. Epicuræi, nullam dari necessitatem, sed fortuitō & casu omnia fieri statuentes.
7. Qui necessitatem quam vocant Astrologi-  
cam seu Mathematicam plane rejiciunt.



*ARTICVLVS QVINTVS,*

*De*

## CORRUPTIBILI ET INCORRUPTIBILI.

*Præcepta.*

- I. *Corruptibile est id, cui non repugnat mutari quoad suum esse.*
- II. *Corruptibile aliud est Actu; aliud pa-  
tentia.*
- III. *Corruptibile potentia ( scilicet vel re-  
motâ vel proximâ) est, cui non repugnat,  
non esse.*
- IV. *Estque tale vel extrinsecè vel intrin-  
secè.*
- V. *Corruptibile extrinsecè, ( alias Corrupti-  
bile ratione cause ) est, quod mutari potest*

E 5

ab

<sup>externo ab eo principio</sup>  
ab agente voluntario. v. g. *Angelus corrum-*  
*pi posset, si Deus vellet.*

*VII. Corruptibile intrinsecè* (aliàs, *corrupti-*  
*bile ratione subjecti*) *est, quod è talibus est*  
*Compositum, ut possit in illa resolvi.* v. g.  
*Corpus naturale.*

*VIII. Corruptibile actu est, quod est in actu-*  
*ali corruptionis ratione.*

*VIII. Corruptio etiam est vel Totalis; vel*  
*partialis.*

*IX. Corruptio totalis est totius destructio.*  
v. g. *Mors.*

*X. Corruptio partialis est alicujus partis*  
*privatio. v. g. pedum vel manuum lesio.*

*XI. Corruptio deniq; est, vel essentialis, vel*  
*accidentalis.*

*XII. Corruptio essentialis est, prout essen-*  
*tia rei tollitur. v. g. quando Homo moritur.*

*XIII. Corruptio Accidentalis est, in quan-*  
*tum res suis accidentibus spoliatur. v. g.*  
*quando Homo egrotat.*

*XIV. Incorruptibile est, quod esse suum,*  
*non potest mutare in non esse.*

Incor-

*XV. Incorruptibile est tale simpliciter, vel*  
*secundùm quid.*

*XVI. Incorruptibile simpliciter seu naturâ*  
*suâ est tale extrinsecè & intrinsecè, quod à*  
*nulla planè potentia traduci potest ad non*  
*esse, adeoq; prorsus immutabile est. v. g.*  
*Solus Deus.*

*XVII. Incorruptibile secundùm quid est il-*  
*lad, quod intrinsecè tantum incorruptibile*  
*est, non verò extrinsecè; v. g. *Angeli*; *Anima**

*rationalis.*

### Regule.

1. Omne dependens corruptibile est, si vel  
maximè nullam habeat materiam. Sc. extrinse-  
cè, cum non sit absolutum à causa, utut sit absolutum  
à subjecto & à termino.

2. Suâ naturâ omnia præter unum sunt cor-  
ruptibilia: *Hoc est, omnia creata præter creatorem,*  
*possunt iterū corrupti ab eo, à quo dependent h.e. à Deo.*

3. Incorruptibile simpliciter est, quod sem-  
per est. *Intellige, quod ita semper est, ut non possit non*  
*per suam naturam semper esse. Deinde ab intra sim-*  
*pliciter est incorruptibile, quod nunquam resolvitur. &*  
*ita in aeternum est de se, semperq; durat.*

4. Incor-

4. Incorrumpibilia in suo esse, sunt perpetua per naturam. Ideoq; habent in se ipsis esse divinum nobilium omni esse corruptibili. Loquitur vero Regula de incorruptibilibus secundum quid sic dictis: Illa enim plura sunt quam unum, uti notum est ex praeceptis.

## Error.

Errant, qui doctrinam de Incorruptibili & corruptibili tantum ad Physicam, non etiam Metaphysicam pertinere putant.



## ARTICVLVS SEXTVS.

De

## FINITO ET INFINITO.

## Præcepta.

I. Finitum est, quod certis finibus & Limitibus continetur & circumscribitur.

II. Finitum aliud est ratione essentiae; aliud ratione perfectionis; aliud ratione operationis; aliud ratione durationis; aliud ratione presentie.

Fini-

III. Finitum ratione Essentiae est, quod habet fines Essentiæ; h. e. quod aliquando potuit non esse, & aliquando non erit; vel poterit non esse. v. g. Mundus.

IV. Finitum ratione perfectionis est, cuius perfectio non est summa, sed eminentior dari potest. Sic v. g. scientia angelorum est finita.

V. Finitum ratione operationis est, quod certos fines in operando habet: seu, quod non quodvis agere potest. v. g. omnis creatura finitur in determinatis operationibus.

VI. Finitum ratione durationis est, quod non est æternum: sed, vel in ævo. v. g. Angeli: vel in tempore v. g. corpora naturalia, initium & finem habentia.

VII. Finitum ratione presentie est, quod determinatum occupat spatum, intra quod est & non extra illud, sive sit in ubi; ut Spiritus creati, sive in loco; ut corpora sublunaria.

VIII. Infinitum est, quod nullis finibus seu terminis circumscribitur. Seu, quod caret finibus essentiæ, perfectionis, operationis,

tionis, durationis & præsentiae. v. g. *Solus Deus est Infinitus. Est enim omnipotens, est omniscius, omnipræsens &c.*

**XI.** Alias *Infinitum* dicunt esse aliud *actu*; aliud *potentiâ*.

**X.** *Infinitum actu* & propriissimè dictum est, quod nec habet, nec habere potest finem: uti est *solus Deus*.

**XI.** *Infinitum potentia* est, quod finem, non habet, potuit tamen, aut etiamnum, potest habere.

**XII.** Estq; tale aliud *Secundum non Entitatem*; aliud *secundum Imperfectionem*; aliud *secundum Quantitatem*.

**XIII.** *Infinitum secundum non-Entitatem* est negatio infinitans, sive negans. v. g. *Non-homo*.

**XIV.** *Infinitum secundum imperfectiōnem* est, quod perfici potest & terminari ab infinitis formis. v. g. *Materia prima* & *ipsius appetitus* dicuntur *infinita*.

**XV.** *Infinitum secundum quantitatem* est tale vel *extensivè* vel *intensivè*.

Infi-

**XVI.** *Infinitum extensivè* est, quod in infinitum potest extendi.

**XVII.** Est autem tale vel *magnitudine*; vel *successione*, vel *multitudine*.

**XVIII.** *Infinitum magnitudine*, seu *divisione* est corpus, quod in infinitum potest separari, & linea, quæ in infinitum potest fieri major.

**XIX.** *Infinitum successione* & *duratione*, est Tempus, quod à parte potest multiplicari in infinitum.

**XX.** *Infinitum multitudine* est numerus, qui in infinitum potest augeri.

**XXI.** *Infinitum intensivè* est, quod potest intendi in infinitum. v. g. *Calor*, qui infinitum potest augeri.

### Regulæ.

1. Finiti potentia non est Infinita. Intellige Regulam definito, prout manet in suo statu naturali: non autem de finito quatenus elevatur in gradum & statum sublimiorem.

2. Omne finitum ab alio pendet. Finiri enim est pati. Patiens autem quiddam, posterius est alio quopiam.

3. Fi-

3. Finitum non est capax infiniti. Scilicet essentialiter sive naturaliter & inhesive. Bene tamen communicative & denominative per unionem & communicationem supernaturalem. Sive active, bene tamen passiva.
4. Finiti ad infinitum nulla est proportio. Scilicet essentialis & univoca, bene tamen Analogica & subordinationis.
5. Inter finitum & infinitum non datur essentialis identitas. Deus ergo non habet genus aliquod univocum, sub quo cum ceteris speciebus Entis contineretur: Illa enim quae sub uno genere Contineatur, inter se essentialem identitatem habent.
6. Finitum finito additum non facit infinitum. v. g. ex unitate Arithmeticæ sepius repetita non potest infinitum actu emergere: omnes enim unitates sunt finite.
7. Infiniti nulla est mensura. Si enim mensuraretur, mox finiretur, & sic non esset infinitum.
8. Duo infinita nequeunt esse, neq; in natura, neq; extra naturam. Alias enim darentur duo prima, duo independentia, & duo aequa perfecta in omnibus perfectionibus: quod fieri non potest.
9. Natura abhorret ab infinito. Scilicet Natura naturata h. e. creatura: non vero Natura naturans h. e. Deus.
10. Finitum ratione durationis, potest esse infinitum ratione Valoris v. g. Mors Christi dicitur eterna & infinita, non ratione durationis, sed ratione

stione valoris & effitus: qui a mortem eternam absorbet. Quod si Christus adhuc pateretur, mors ipsius non esset infinita: quia Christus b. m. succubuisse non viciisset.

## Errores.

- Errant*
1. Alstedius & Timplerus, qui ex Infinitate rei illo: a itatem; ex finitate vero localitatem promanare putant.
  2. Julius Pacius cum aliis Aristotelicis interpretibus, qui infinitum affectionibus corporis naturalis annumerant.
  3. Magirus & alij, qui finitum inter corporis naturalis affectiones reponit.
  4. Photiniani, qui ex tribus personalitatibus unius Entis infiniti seu tribus modis subsistendi personalibus tria infinita colligere satugunt.
  5. Vorstius semi-Photinianus: Deum infinitum esse non sine horrenda blasphemia negans.



## ARTICVLVS SEPTIMVS.

De  
DEPENDENTE ET IN-  
DEPENDENTE.

## Præcepta.

I. DEPendens est, quod priori indiget ad suum esse, quô essentialiter est posterius.

II. Dependentia alia est effectiva; alia subjectiva; alia objectiva; alia Fundamentalis.

III. Dependentia effectiva sive causalis est, quæ requirit aliquod ante se agens, à quo sit vel fiat: v. g. omnia creata b. m. dependent à Deo.

IV. Dependentia subjectiva, aliàs inhæsiva, est quâ aliquid dependet à subiecto inhæsionis. Sic omnia accidentia dependent v. g. quantitas à corpore, vis urendi ab igne &c.

V. Dependentia objectiva dicitur, quâ dependet aliquid ab alio, tanquam objecto. Sic v. g. omnes habitus, omnes scientiae & artes dependent à suis objectis b. e. ab alijs rebus circa quas versantur, & quarum habitus & scientiae sunt.

VI. Dependentia Fundamentalis est, quâ relata sive relationes dependent à suo proximo fundamento. Sic v. g. Rex dependet à Regno; Paternitus à generatione.

Inde-

## PARS PRIOR.

VII. Independens est, quod non indiget priori ad suum esse.

VIII. Independens aliud est simpliciter; aliud secundum quid.

IX. Independens simpliciter, seu absolute est, quod in nullo genere ab alio habet dependentiam. v. g. in divina essentia est ratio absolute ab omni dependentia.

X. Independens secundum quid est quod tantum in certo genere ab alio non dependet. v. g. substantiae sunt Entia Independentia.

S. Quidam subjectivè, quatenus non dependent ab alio, tanquam à subiecto, licet dependent ab alio, tanquam à causa.

## Regulae.

1. Dependentia & independentia ut plurimum strictè accipitur pro dependentia & independentia ratione causæ.

2. Omne dependens est ab alio, creatum & finitum. Ratio, quia hoc realiter & in re ipsa convernit.

3. Quicquid dependens est, oportet habeat essentiam saltem numero diversam ab eo, à dependet. Scilicet unum idemque numero à seipso dependent.

pendere non potest, non secus, ac nihil esse potest suipscus causa, ut seipsum causaret & in esse poneret.

4. Relata à se invicem tantum impropriè dicuntur dependere. quia nullum alterò est prius essentialiter, vel posterius, quaenam ita priora aut posteriora dicuntur sunt natura priora aut posteriora, quod de relatis & correlatis dici nequit. Sunt enim tñ Quæsi simul.

5. Vera dependentium genera tantum duo dantur, nempe dependens à causa & dependens à subjecto.

6. De quo negatur dependentia à causa, de eo quoq; negatur dependentia à subjecto, sed non contra. Nam licet aliquid à subjecto non pendeat, à causa tamen potest pendere. v. g. omnes creatæ substantie.

### Errores.

- Eritant*
1. Combachius & Alstedius, qui Relatis tribunt dependentiam, & quidem objectivam.
  2. Photiniani, qui personas Trinitatis à se invicem dependere putant.

### ARTICVLVS OCTAUVS.

De

## ESSE A SE ET ESSE AB ALIO.

Præ

### Præcepta.

I. *A se* dicetur id, quod non habet ordinem ad aliud à quo sit vel pendeat? v. g. *Solus Deus est Ens à se.* *Potius dependent*

II. *Ab alio* id esse dicitur, quod habet ordinem ad prius, à quo est ac dependet in esse. v. g. *Sola & omnis creatura est à Deo.*

III. *Ab alio* aliquid esse vel *Formaliter*, vel *effectivè* intelligi potest.

IV. *Formaliter* nullum Ens propriè ab alio esse vel pendere dicitur. Sed potius omne Ens hoc seipso est, nempe per suam formam est in hac specie.


V. *Effectivè* verò omnia creata ab alio sunt & quidem à Deo: alia autem *immediate*; alia *mediatè*.

VI. *Immediate* à Deo omnia sunt quoad speciem. *Species enim per creationem primam à Deo pendent.*

VII. *Meditatè* à Deo omnia sunt quoad numerum & individua; nempe mediante generatione.

## Regula.

1. Nihil est aut sit à seipso. Scilicet per influxum positivum; quia nihil agit in seipsum, neq; idem producit semetipsum, sed omne quod sit ab alio fit.
2. Ens à se dicitur, quod non est factum ab alio. Scilicet negativè loquendo aliquid dicitur à se metipso esse, quod non sit ab alio, sive quod non habeat principium vel causam extra se, a qua habeat esse suum. Sic Deus à se dicitur: quia non habet causam aliam, a qua sit vel esse suum habeat.
3. Ens ab alio habet ordinem dependentiarum ad prius. Ratio: quia præxigit & præsupponit aliud tanquam prius à quo sit & pendeat.
4. Quando in divinis Filius dicitur esse à Patre, tum ibi modus essendi ab alio sumitur laxè sine interventu dependentiae.



## ARTICVLVS NONVS.

De

## INCREATO ET CREATO.

## Præcepta.

- I. Increatum est, quod à nullo alio dependet,

## PARS PRIOR.

det, neque in fieri, neque in esse, neq; in operari. v. g. Solus Deus.

II. Creatum est quod de non esse ad esse progradientur, quodq; quia ab alio & in fieri & in esse & in operari dependet, per creationem est. v. g. omne Ens præter Deum.

III. Est autem Creatio productio rei ex nihilo. v. g. mundus est Creatus b. e. ex nihilo factus.

IV. Creatio alia est immediata; alia mediata.

V. Creatio immediata sive Prima est, quæ excludit præter causalitatem Dei, omnem causalitatem aliam, tum materialis causæ, tum formalis, tum efficientis creati. v. g. Deus creavit confusum illud chaos.

VI. Creatio mediata sive secunda est, quando Deus virtute suâ ex materia quidem, sed per naturam indisposita producit aliquod opus. v. g. ex aqua & terra condidit omnia viventia.

## Regule.

III. Quicquid creatum est ab alio est & dependet, sicut ex figura ab aliis obiectis attinatur, aliquo colore performatum.

Omnis lumen est ob lucis fortitudinem et imm.

81 REPETIT: METAPHYS:

dens. Quia nihil sit à seipso effectivè. Sic totus mundus à Deo dependet.

2. Creatio non nisi ab infinita virtutē fieri potest: Quia non est proportio inter terminum à quo & ad quem; ideoq; nec actio finita potest esse proportionata; quia illa requirit proportionem terminorum.

3. Quod increatum est à se sit necessum est. Quia à nullo est productum. Sic etiam essentia filij Dei dicitur esse a se; quia non est creata ab alio.

4. Creationis non est materia ex qua sed terminus à quo.

5. Quando ex nihilo omnia creata producuntur negativum nihil intelligitur.

6. Creatio est actio ad species ordinata, & ad singularia terminata.

7. Hominibus ergo generantibus, Deus cre-

at. *Inscaper sunt et nisi uite nichil  
autem futili male*

Errores.

Errant 1. Qui negant Philosophum ex suis principiis lumine natura posse agnoscere creationem.

2. Qui negant creationem esse actionem.

3. Qui creationem per motum definunt.

SECTIO

PARS PRIOR.

82

SECTIO TERTIA.

De

AFFECTIONIBVS EN-  
TIS CONJUNCTIS ME-  
DIATIS MEDIANTE  
UNITATE.

ARTICVLVS PRIMVS.

De

EODEM ET DIVERSO.

Præcepta.

I. Idem sive Identitas est affectio Entis, sub quâ Entia in quopiam convenient.

II. Identitas (I.) alia est Essentialis; alia suppositalis.

III. Identitas Essentialis est, quâ identificantur aliqua uni esse singulari: Quod fit duplaci modo:

IV. Primò: quando plures modi identificantur in essentia purissima, ita tamen ut inter se se differant: v. g. Unitas veritas &

F 8

boni-

*bonitas sunt idem in essentia rei. Sic quoq; per-  
sonæ divinitatis sunt essentialiter unum &  
idem: Nam tres personæ divinitatis sunt una  
essentia divina & hæc una essentia divina sunt  
tres personæ.*

*V. Secundò: quando quædam concurreunt,  
intrinsecè ad constituendam essentiam ali-  
cujus compositi. v. g. animal & rationale  
sunt idem essentialiter, quia sunt de essentia  
hominis.*

*VI. Identitas suppositalis est, quâ quædam  
conveniunt in uno supposito, sive in una  
persona, ita ut constituant unum *vōisāμενον*.  
Sic in ferro ignito unum idemq; sunt ratione  
suppositi ignis & ferrum. Sic inter naturas  
Christi intercedit idenditas suppositalis (licet  
non essentialis) ex eo, quod juxta scripturam  
constituant unam personam.*

*VII. Identitas (2.) alia est Numerica; alia  
Specificæ; alia Generica.*

*VIII. Identitas Numerica tribuitur illis,  
quæ unum numerò sunt, h. e. individuo  
unō. v. g. Unum idemq; numerò sunt Plato  
juvenis, & Plato Senex.*

*Iden-*

*IX. Identitas Specifica datur in ijs, quæ  
infimâ specie h. e. περίωσις ita dicta conve-  
niunt, & dicuntur ὄμοιοι. v. g. Plato & Ari-  
stoteles convenientes specie.*

*X. Identitas Generica est eorum quæ ge-  
nere conveniunt: & dicuntur ὄμοιεν sive  
conveniant genere proximo sive remoto.  
v. g. Homo & bestia sunt idem genere nempe  
in animali conveniunt.*

*XI. Tandem (3.) Identitas alia est Causa-  
lis; alia effectiva; alia subjectiva.*

*XII. Identitas Causalís est, quâ Entia duo  
conveniunt respectu causæ vel internæ vel  
externæ. v. g. Fratres habent identitatem  
ratione parentum. Studiosi identitatem ratio-  
ne finis nempe quoad cognitionem Theologie  
vel Philosophie.*

*XIII. Identitas effectiva est, quâ duo  
vel plura conveniunt respectu alicujus ef-  
fecti. v. g. Identitas est inter duos equos  
unum currum trahentes.*

*XIV. Identitas Subjectiva est, quâ duo  
vel plura accidentia idem esse dicuntur  
subjecto. v. g. dulcedo, rotunditas, albedo sunt  
T. r. affinitatis. Quibus haud in uno apparet.*

*idem in uno primo. Facultas intelligendi & volendi sunt idem in anima rationali.*

**XV.** *Diversum dicitur id, quod est aliud quid & opposito planè modò se habet atq; idem.*

**XVI.** *Ex diversitate oriuntur Distinctio & oppositio.*

**XVII.** *Distinctio est rerum diversitas, quæ res distinguuntur.*

**XVIII.** *Distinctio alia est Realis; alia Ex Natura rei; alia Rationis.*

**XIX.** *Distinctio Realis vel strictè ita dicitur; vel secundum Analogiam.*

**XX.** *Distinctio Realis strictè & in rigore dicta est diversitas rei à re, quæ in hoc consistit ut una res non sit alia. v. g. realiter distinguuntur diversa corpora; Ignis, Aëris, Aqua, &c.*

**XXI.** *Distinctio Realis secundum Analogiam dicta est inter modos diversos, & inter oppositas relationes, quarum una est incommunicabilis alteri, licet non semper sint distinctæ res, neque etiam in distinctis diversisq; Entibus. v. g. in Metaphys: rea-*

*liter distinguuntur actus & potentia; in Logicis Genus & Species &c.*

**XXII.** *Distinctio Realis alia est Realis tantum; alia Essentialis; alia suppositalis.*

**XXIII.** *Distinctio Realis tantum est inter illa, quæ habent eandem essentiam, & tamen inter se diversitatem realem obtinent. v. g. Accidentia ejusdem speciei, quæ sunt in diversis subjectis, tantum realiter distinguuntur. Et persone Trinitatis distinguuntur realiter tantum, non essentialiter.*

**XXIV.** *Distinctio suppositalis est eorum, quæ suppositi diversitate distant, sive sint ejusdem speciei, sive non. v. g. Petrus, Paulus, Maria &c. distinguuntur suppositaliter.*

**XXV.** *Distinctio Essentialis est illorum, quæ simul habent essentiam diversam, ut sunt illa potissimum, quæ specie distinguuntur. v. g. Homo & Leo essentialiter distinguuntur: Item Fortitudo & Temperantia.*

**XXVI.** *Distinctio Ex Natura Rei est in illis, quæ in se quidem non adeò quoad essentiam & rem distinguuntur: Idem tamen in virtute & efficacia præstant, ac si inter se different.*

*Distinctio*

*Portus unius  
Opus unius  
agens.*

**XXVII.** *Distinctio ex Natura Rei alia est virtualis; alia Formalis; alia Modalis.*

*Fondues.*

**XXVIII.** *Distinctio virtualis est inter attributa unius ejusdemq; essentiæ ob varias virtutes agendi, vel ob varios respectus, sub quibus una illa essentia diversimode se exerit. v. g. vis indurativa, liquefactiva, rarefactiva & condensativa virtualiter distinguuntur in radiis solaribus & in calore uno eodemq; : Sic quoq; virtualiter distinguuntur attributa divina: misericordia, justitia omniscientia. &c.*

**XXIX.** *Distinctio Formalis est, quando una essentia continet plures realitates formaliter extra se invicem positas. v. g. affectiones Entis, unitas, bonitas, formaliter distinguuntur ab ipso Ente.*

**XXX.** *Distinctio Modalis est, quæ versatur inter rem & modum ejus. v. g. palma & pugnus à manu distinguuntur modaliter.*

**XXXI.** *Distinctio Rationis est, quæ vel unicè fingitur à ratione. in terminis planè iisdem; vel saltē completur & ostenditur per operationem mentis.*

*Distinctio*

**XXXII.** *Distinctio Rationis est Rationis vel pure; vel Eminentis.*

**XXXIII.** *Distinctio Rationis pure, aliàs Rationis Ratiocinantis, est, quæ tantum fингitur ab intellectu ratiocinante, prout mens nostra distinctè concipit, quæ tamen in se planè sunt unum & idem. v. g. inter dextrum & sinistrum in columna est distinctio rationis ratiocinantis.*

**XXXIV.** *Distinctio Rationis Eminentis, aliàs Rationis Ratiocinata est, qùæ non planè fit & fингitur à mente, sed aliquale fundamentum habet extra rationem in effica- cia, virtutibus & effectibus rei. Unde eam cum Formali & Virtuali coincidere existi- mant. v. g. dictum est suprà quoddam igne & radiorum solarium calore distinguuntur vis rarefaciendi, condensandi, liquefaciendi &c. & quidem virtualiter; Eadem ergò hic distin- guuntur Ratione ratiocinata.*

**XXXV.** *Opposito est repugnantia aliquorum non permittentium se simul & semel in uno subjecto respectu ejusdem.*

*Oppos-*

**XXXVI.** *Oppositiō alia est Relativa; alia Contraria; alia Privativa; alia Contradic-toria.*

**XXXVII.** *Oppositiō Relativa est inter Re-lata opposita, quorum unum non est alte-rum. v. g. inter Maritum & uxorem.*

**XXXVIII.** *Oppositiō Contraria est, cum-unum alteri ē diametro opponitur. v. g. virtus & vitium, calor & frigus contrarie op-ponuntur.*

**XXXIX.** *Oppositiō privativa est inter habi-tum & negationem ejus. v. g. inter lucem & tenebras.*

**XL.** *Privatio alia est Logica, alia Physica.*

**XLI.** *Privatio Logica est absentia formæ, quæ jam fuit vel esse debuit incerto sub-jecto. v. g. cecitas in oculo, morbus &c.*

**XLII.** *Privatio Physica est absentia for-mæ generandæ. v. g. in ovo est privatio pul-li qui ex ovo generari potest.*

**XLIII.** *Oppositiō Contradic-toria est inter terminum positivum & simpliciter nega-tivum. v. g. inter Ens & non-Ens.*

Con-

**XLIV.** *Contradic-tio alia est Explicita; alia Implicita.*

**XLV.** *Contradic-tio Explicita est, quando explicitè vel expressè aliquid esse & non esse simul dicitur v. g. Homo, non-Homo.*

**XLVI.** *Contradic-tio Implicita aliás in ad-jecto est, quando subiecto tribuuntur præ-dicata pugnantia. v. g. Ignis frigidus, Atra-mentum rubrum &c.*

### Regulae.

1. *Quæ in uno tertio conveniunt, inter se conueniunt. Intellige de uno tertio incommunica-bili: Item, de uno tertio re & ratione eodem. Item, de uno tertio singulari singulariter accepto. Ut sensus sit: Inter se conueniunt illa, que in uno tertio singulari sin-gulariter accepto, h. e. eadem plane & univoca singu-laris ratione conueniunt.*

2. *Idem non potest esse simile & dissimile ali-cui secundum idem. v. g. Homo est similis asino quoad animalitatem, E. secundum hanc non distingui-tur ab asino.*

3. *Idem manens idem semper aptum natum est facere idem. Sc. effectum sibi proportionatum pro-ducere. v. g. passer non generat aquilam.*

G

4. De

4. De iisdem ut iisdem, idem ferendum est judicium. Nam uti res est, ita mente concipiatur; ut ab hac est concepta, ita tandem de ea feratur judicium, alias erit fallax & nullum.

5. Quæ specie sunt idem, etiam genere sunt idem: & quæ numerò sunt idem, etiam specie, & genere.

6. Identitas generis est magna; speciei major; numerica maxima.

7. Qui benè distinguit benè docet. *Quia ordinem observat E. evitat confusionem, quam alias introducit ordinis & distinctionis neglectus.*

8. Quæ genere differunt etiam specie, & quæ specie etiam numerò.

9. Quæ habent diversas essentias distinguuntur realiter: non verò contra. v. g. Personæ Trinitatis distinguuntur realiter, non verò essentialiter.

10. Distinctio quæ non habet fundamentum in re, nulla est. Saltem enim singitur, & purum purum figmentum est. v. g. quando distinguitur inter areem Theoreticam & Practicam.

11. Distinctio Essentialis est maxima, minor est distinctio modalis, minima est distinctio puræ rationis.

12. Oppositorum est incompossibilitas essendi in eodem. Sc: quoad gradum excellentem vel intensiorem; interim tamen quoad remissum.

13. Oppositum unum juvat cognitionem alterius.

*Hoc enim Dis. Sicut in cognitione modis alterius  
modis Dis. Sicut in cognitione modis alterius  
are modo faceta sententia*

terius. Scil: in eo, quatenus est oppositum: non verò in formalī ratione. Atq, hoc est quod vulgo dicitur: Contraria juxta se posita magis elucescunt.

14. Opposita non tribuuntur uni & eidem simul eodem modo & respectu ejusdem.

15. Relativè opposita non admittunt medium. Sc. participationis v. g. non datur qui partim sit pater, partim filius eodem respectu. Datur tamen in relatio medium negationis: v. g. Lapis neq, pater est, neq, filius.

16. Quædam contraria admittunt medium participationis. v. g. Calor & frigus tempore.

17. Privativa oppositio admittit medium. Scil: negationis v. g. Lapis nec eacus est, nec videns; & participationis. v. g. Inscus est medius inter videndum & cecum.

18. Contradictio caret simpliciter omni medio: sive sit negationis, sive participationis.

19. Contradictorium non statim id est, quod nobis tale videtur.

## Errores.

- Eprant.
1. Damascenus, qui personas Trinitatis dicere ratione distingui.
  2. Keckermannus, qui easdem modaliter distinguiri putat.
  3. Goslavius Photinianus, afferens personas Trinitatis non esse ejusdem essentiae singularis, & quod realiter à nobis distingui dicantur.



## ARTICVLVS SECUNDVS.

De

SIMPLICI ET COM-  
POSITO.

## Præcepta.

I. *Simplex* est, quod non constat pluribus, in quæ resolvatur.

II. *Simplex* aliud est *absolute*, aliud *comparatè*.

III. *Simplex absolute* omnis *compositio-*  
*nis* est *expers*. v. g. *Deus*.

IV. *Comparatè simplex* est quod in se quidem *compositum* est, *simplex* tamen dicitur respectu ejus, quod majorem includit *compositionem*. v. g. *Angeli respectu Dei* dicuntur *compositi*; *respectu corporum simpli-*  
*ces*.

V. *Compositum* constat ex pluribus, adeo-  
que resolvi potest in plura.

VI. *Compositio* fit vel ex *Materia & forma*;

vel

## PARS PRIOR.

vel <sup>ex</sup> *partibus quantitatibus*; vel ex *subjecto &*  
*accidente*; velex *Natura & Supposito*; vel ex  
*Esse & Essentia*; vel ex *genere & differentia*;  
vel deniq; ex *Actu & Potentia*.

VII. *Compositio ex materia & forma* est in omnibus & solis corporibus. v. g. *Homo est compositus ex anima & corpore*.

VIII. *Compositio ex partibus quantitatibus* est in quantis, cum continuis v. g. in *mensa, scanno*; cum discretis v. g. in *numero qui conflatur ex unitate & unitate*.

IX. *Compositio ex subjecto & Accidente* contingit in omni creato prout illud est praeditum certis accidentibus ab ipsius essentia realiter distinctis. v. g. in *Socrate aliud est in Homo, aliud in doctus*.

X. *Compositio est Natura & supposito* (h. e. ex *natura & modo subsistendi*) est, quâ essentia individua coarctatur per modum superadditum ad esse personæ vel suppositi. v. g. *omnis homo in quantum distinctam & diversam personam constituit, est compositus ex sua natura & ex superaddita suppositalitate*.

XI. *Compositio ex esse & essentia in rebus creatis*

creatis contingit tunc, quando intellectus noster non simpliciter facit identitatem inter existentiam & essentiam. Quatenus enim primò concipit ipsam essentiam, & deinde quasi super addit existentiam, vel esse actuale, oritur inde quedam compositio in essentia, cui super additur à mente existentia tanquam diversa ab essentia.

XII. Compositio ex Genere & differentia est in creaturis : quatenus omnis species constat ex conceptu latiore & æquali v. g. omne Ens prædicamentale est compositum ex genere & differentia.

XIII. Compositio ex actu & potentia sc: passiva est. v. g. in homine, in quo est actus quò est ; & potentia, quā potest cras non esse, vel aliud quid esse.

### Regulæ.

1. Simplicitas opponitur compositioni, non verò distinctioni. Siquidem resultat ex Uno. Vnum verò potest esse in se indivisum, & divisum (scu distinctionum) à quolibet alio. E. etiam simplex potest esse distinctionum ab alio.

2. Simplex præcedit compositum ordine naturæ.

turæ. Est enim simplex mensura compositi. Intellige simplex tūm absolutum & completum, uti est Deus, tūm incompletum, uti est Elementum. Virumq; enim habet rationem causa: Illud quidem externa, istud interna.

3. Res quo simplicior èò est perfectior. Valeat Regula in genere Entis, non in genere corporum; vel ut clarius loquar: Simplicitas absolute dicit perfectionem majorem atq; præstantiam; sed non in particularibus omnibus rerum generibus id quod est simplicius statim est perfectius, nobilius, aut præstantius, ut pater ex corporum conditione.

4. Corpora ergò naturalia, quō sunt compotitoria, èò sunt perfectiora. Scilicet multitudine formarum magis magisq; recedunt à simplicitate materia prima, & sic multiplicando formas multiplicant perfectiones.

5. Simplex quod est caret potentiam, & quod caret potentiam simplex est. Intellige potentiam passivam sive potentialitatem, itemq; simplex absolute & simpliciter ita dictum. Non vero quodvis simplex, secundum quid.

6. Simplicius quantò magis quid est, tantò ex paucioribus constat. v. g. Corpora simplicia in Physicis ex paucioribus constant, quam mixta.

7. Quæ sub Deo sunt suo modo composita sunt. Quia sunt aliquò modo actus impuri, cum solus Deus sit actus purissimus & verè simplex.

8. In Deum nulla cadit Compositio. *Quia compositio est nomen multiplicis imperfectionis. Importat enim dependentiam; potentiam passivam. &c.*

### Errores.

1. Photiniani, somniantes simplicitatem Dei tolli per personarum Trinitatem.
2. Vorstius, in Deo compositionem ex subjecto & Accidente dari putans.
3. Qui statuant Deum esse speciem, adeoq; compositionem ex genere & differentia in Deo ponunt.

### ARTICVLVS TERTIVS.

De

## TOTO ET PARTE.

### Præcepta.

I. Totum est quod omnes habet partes sibi debitae & proportionatas.

II. Totum aliud est perfectionale; aliud essentiale; aliud integrale; aliud potestativum; aliud universale.

III. Totum perfectionale est quod summa habet perfectionem, & ita dicitur ob tota-

totalitatem omnium perfectionum. v. g. Solus Deus est totum perfectionis, quia solus est Ens perfectissimum.

IV. Totum Essentiale est, quod constat ex partibus essentiam intrinsecè constituentibus. v. g. omne corpus est totum essentiale, quatenus constituitur ex materia & forma.

V. Totum Integrale est, quod dividitur in partes quantitatem habentes. v. g. Homo est totum integrum, quatenus constat ex capite, brachiis, ventre, pedibus &c.

VI. Totum potestativum est, quod habet ordinem ad plures operationes, quæ ab ipso emanant. v. g. anima est totum, quia constat variis facultatibus & potentiis.

VII. Totum Universale est unum quoddam ad multa pertinens: Et nihil aliud est, quam ipsum universale, de quo mox distinctius erit agendum.

VIII. Pars est, quæ concurrit ad constitutionem, vel integratem alterius tanquam totius.

IX. Partes propriè dictæ tantum sunt in-

G 5  
toto

toto essentiali, essentiales dictæ, & in Integrali, integrales dictæ.

X. *Partes essentiales* sunt, quæ essentiam intrinsecè constituunt, per unionem essentialem. v. g. *anima rationalis* & *corpus* sunt *partes essentiales hominis*.

XI. *Partes integrales* dicuntur, quæ integratam rei complent per unionem quantitativam. v. g. *in animalibus sunt capita, venter, pedes &c.*

XII. *Partes Integrales* sunt vel *similares*, vel *dissimilares*.

XIII. *Similares* vel *Homogeneæ* partes dicuntur, quæ cum toto sunt ejusdem naturæ & appellationis. v. g. *quævis pars aquæ est aqua*.

XIV. *Dissimilares* vel *Heterogeneæ* partes sunt, quæ diversam habent naturam & appellationem à toto. v. g. *auris, oculus, manus, &c. in homine*.

XV. *Partes Dissimilares* sunt vel *principales*, vel *minus principales*.

XVI. *Partes principales* sunt, quæ ita ad conservationem sunt necessariæ, ut sine

illis

illis totum esse non possit. v. g. *Cor, caput in homine*.

XVII. *Partes Dissimilares Minus principales* sunt, sine quibus totum salvum esse potest v. g. *folia in arbore, digitus, auris in homine*.

XVIII. In reliquis Totius generibus, non datur propriè dictæ partes, sed tantum Analogicè: v. g. *potestativo Toti respondent facultates, quæ analogicè dicuntur partes potestativa*. Sic toti universaliter respondent partes subjectivæ quæ sunt inferiora, nempe generi subjiciuntur species tanquam partes ejus, & speciei subjiciuntur individua. &c.

*Meditatio Secunda in Metaphysica*

*Regula.*

1. Totum & pars nunc sunt *accidentia sensilia*, nunc *virtutæ intelligibilia*. v. g. *Corpus hominis est totum sensibile: anima est totum intelligibile, quod dividitur in potentias suas*.

2. Omne Totum est majus suâ parte. Scil: *materie, perfectione & facultatibus*.

3. Nullum totum est pars ipsa. *Sunt enim relata opposita*.

4. Totum prius & posterius est partibus. *Prius*

*et rati-*

1. ratione cognitionis: distinctæ, quando est genus: Confusa; quædo est integrum & essentiale totum constans ex Materia & forma. 2. Ratione ordinis: præcedit enim in probè constitutis disciplinis. Posterius, ratione compositionis.

5. Absurdum est, toti tribui, quod nullius est parris. Quia totum ex partibus constat, & nihil aliud est quam partes omnes simul sumpta. Interim non negamus, alia prædicata toti formaliter & universaliter accepto ob unionem partium tribui, que nulli parti seorsim, possunt convenire.

6. Ubicunq; totum est; ibi necessariò etiam sunt omnes ejus partes. Ratio, quia partes ut partes, semper manent unita cum totu. Adde, quod partes cum toto locentur. E. extra totum non ponuntur. E. in toto, uti sunt, sic etiam cum toto occupant unum locum, si totum est in loco.

7. Partes inter se dissentient, cum toto vero consentiunt. v. g. Anima immortalis nunquam esse posse corpus mortale, neq; corpus anima. Sed eadem anima & idem corpus constituant hominem.

8. Partes à toto suo differunt etiam simul sumpta. Ratione scilicet non realiter.

9. Quod est partis quâ pars est, id etiam totius est secundum illam partem. v. g. anima intelligit E. & homo, quia animam intellectivam habet.

10. Quicquid est pars partis, est etiam pars totius

tius v. g. digitus est pars hominis, quia manus pars est.

### Errores.

- Errant.*
1. Calviniani, qui negant tropum esse in singulis orationis hujus verbis: Hoc est corpus meum: in ipsa tamen tota oratione tropum esse asseverant. Confer. Regul. 5.
  2. Ijdem, dicentes quod totus Christus sit ubiq; sed non totum Christi. Vide Reg. 6.
  3. Ijdem, qui fractionem panis Eucharistici partem cœnæ Dominicæ principalem appellant, & tamen cœnam veram ap. eos, qui sine fractione cœnam administrant, remanere asseverant. confer prec. 16.
  4. Timplerius, qui contendit, quod totum à partibus simul sumbris realiter differat.

### ARTICVLVS QVARTVS.

De

## UNIVERSALI ET SINGULARI.

10. His committit Fastologia: ratione totius à partibus. *Præ-*  
11. His agit de Universalis & Singulari speciebus. *Præ-*  
quædam ratione Universalis ad tota Universalia pertinere  
v. a. partem.

## Præcepta.

I. Universale est, quod aptum natum pluribus inesse. v. g. *Homo* ut species pluribus inest individuis: *animal* ut genus pluribus speciebus.

II. Universale (1.) aliud est incomplexum, aliud Complexum.

III. Universale incomplexum est tale in distribuendo, representando, causando & effundo.

IV. Universale in distribuendo (alias Insignando) est modus seu nota, quæ innuit Enunciationem Universalem. v. g. *Vocula omnis, Nullus &c.*

V. Universale in representando (& significando) est vox vel nomen vel imago, vel species plura repræsentans.

VI. Universale in causando nihil aliud est quam causa universalis & indifferens ad plures effectus producendos. v. g. *Deus, Cælum, Sol, & reliqui planetæ &c.*

VII. Universale in Effendo est id, quod primum præcepto descriptum dedimus, ad quod

quod consequitur Universale in predican-do.

VIII. Universale in predicando est, quod de pluribus prædicari potest. v. g. *animal* potest prædicari de homine, de Asino, Lupo, Leone, &c.

IX. Universale in predicando aliud est *Synonymum*; aliud *Analogum*.

X. *Synonymum* est, quod æqualiter de sibi subjectis prædicatur. v. g. *animal* de Homine & bestia.

XI. *Analogum* est ab uno ad unum, sive inæqualiter prædicatur. v. g. *Ens de Deo & creaturis. vel de substantia & Accidente.*

XII. Universale Complexum est proposicio universalis & potissimum necessaria, demonstrativa, reciproca. v. g. *Homo est rationalis: Corpus est quantum &c.*

XIII. Universale (2.) aliud est ante multa; aliud in multis; aliud post multa.

XIV. Universale ante Multa (alias universale ante rem; Metaphysicum, & abstractum) est idea divina, quæ pertinet ad multas species, uti. v. g. est idea hominis in mente Dei.

XV. Universale in multis (alias Universale in re, Physicum & concretum) est natura communis in multis existens praeter animi nostri cogitationem. v. g. *natura humana singulis hominibus insita*.

XVI. Universale post multa (alias universale post rem, Logicum & Relatum) est conceptus in animo positus collectus ex individuis. v. g. *Homo communis in mente conceptus*.

XVII. Singulare est, quod numerō unum est. v. g. *Individua, Petrus, Paulus, &c.*  
Et viceversa. Unum numerū est quod singulare est.

### Regulae.

1. Deus est universalissimus in causando, singularissimus in essendo.
2. Universalia à solo intellectu, non autem à sensibus cognoscuntur.
3. Universale non cognoscitur ignoratis particularibus. *Hinc patet necessitas inductionis Logica, quia ex particularibus h. e. singularibus multis cognoscimus universale.*
4. Universale prius & notius est singulari. *Scil. naturā.*

5. Universalia à singularibus nequaquam sunt a particularib[us] alio loco nisi res sunt  
admodum singulariter.

sunt separata. *Quia sublati substantiis primis, tolluntur & secunda.*

6. Productio singulari, producitur & universale: *nempe ex consequente, & quidem universale materialiter non formaliter sumptum.*

7. Universale propriè dictū non est extra mentem, sed tantum in mente. *Licet enim materialiter & concretè sive fundamentaliter sit in rebus, non tamen actu nec formaliter. Ita enim consurgit & unicè sit per abstractionem.*

8. Omne universale propriè dictum est vel genus vel species.

9. Universale in Essendo in re coincidit cum universalis in prædicando, solumq[ue] nomine & habitudine rationis differunt. Ideò enim de multis prædicari potest, quia in iis est per identitatem aliquam.

10. Omne quod est, eo ipso, quia est, singulare est. h. e. *Quocunq[ue] res in natura verè & positivè est quiddam extra intellectum, est singularis per se.*

11. Singularia non sunt curæ arti: quia caducia & mutabilia. *Ars verò tractat universalia, constantia uno eodemq[ue] modo se habentia.*

12. Singulare his tribus conditionibus est circumscriptum: esse hoc aliquid; hic & nunc.

### Errores.

1. Plato, universale ante multa, idq[ue], realiter ab omni singulari sejunctum statuens.

*Omnia terrena & celestia Logica. p. 2. Occasione Medaglia, sed non ab illis origine.*

- Errant*
2. Occamus & Gabr. qui universalia ajunt esse tantum nomina communia, non res communes.
  3. Monlorius, qui asserit universalia in singularibus esse actu universalia. Confer Regul. 7.
  4. Qui principium individuationis volunt esse vel Hacceitatem Scoti, vel simile quid piam, praeter ipsam naturam rei.



### ARTICVLVS QVINTVS.

De

## COMMUNICABILI ET INCOMMUNICABILI.

### Præcepta.

I. *Communicabile* est una res quæ alii communicatur.

II. *Communicatio* in genere alia est *Realis* alia *intellectualis*.

III. *Communicatio Realis* est, quâ plura realiter distincta de uno communi participant. v. g. quando calor ignis communicatur ferro.

Com-

IV. *Communicatio realis* alia est, unius *Essentia* ad diversa *supposita*, alia inter *accidens* & *Accidens*; alia inter *substantiam* & *Accidens*; alia deniq; inter *substantiam* & *substantiam*.

V. *Communicatio essentia* unius ad *supposita* est quando essentia una numerò existens & indivisa, est communicabilis multis *suppositis*. v. g. *Essentia divina* est *communis tribus personis*, sed sine multiplicatione *essentie* *divinae*.

VI. *Communicatio inter accidentia* diversa fit, quando duo vel plura *accidentia* in uno *subjecto* concurrunt arctèq; uniuntur. v. g. *albedo* & *dulcedo in saccharo*.

VII. *Communicatio inter substantiam* & *Accidens* fit, quando id, quod *accidenti* per se competit etiam tribuitur *substantiae* propter inhaerentiam *accidentis*. v. g. *Humiditas* est *difficulter contineri propriis terminis*, & tribuitur aquæ propter *humiditatem*, *ipsi conjunctam*.

VIII. *Communicatio inter substantiam* &

H 2

sub-

*substantiam est vel inter substantias separatas  
vel conjunctas.*

*XI. Communicatio inter substantias separatas alia est secundum transgressionem; alia secundum productionem alterius similis; alia secundum usurpationem.*

*XII. Communicatio secundum transgressionem, Græcè κατὰ μετάβασιν est quā communicatum derelicto communicante transit in illud cui communicatur. v. g. Sonus ex ore concionatoris abit ad auditores illisq; ita communicatur.*

*XIII. Communicatio secundum productionem alterius similis ( alias effectiva ) Græcè κατὰ αἴσθησιν est, quā in eo, cui communicatur, producitur simile aliquod, quod erat in communicante. v. g. Pater filio communicat corpus, animam animeq; propria.*

*XIV. Communicatio secundum usurpationem, Græcè κατὰ χρήσιν est quā alteri aliquid communicatur, quoad usum. v. g. communia, non quoad utrōque; sic enim unius tantum sunt propria: sed quoad χρῆσιν.*

*XV. Communicatio inter substantias conjunctas*

*junctas & ad unum suppositum unitas, Græcè κατὰ εὐωνίαν & κατὰ συνδιάσιον, est qua propter unionem id quod unius est proprium alteri confert sine sui multiplicatione, aut transfusione ad communem possessionem usurpationem & denominationem. v. g. inter corpus & animam datur communicatio talis: anima enim vitam & sensus confert corpori. Sic propria divinæ naturæ Christi reverē communicata sunt carni assumptæ propter unionem arctissimam personalem, quæ est inter naturas Christi.*

*XVI. Communicatio intellectualis, Græcè κατὰ μέθεξιν, fit quando subjecta non sunt realiter distincta. v. g. propria Generis communicantur speciei, & propria speciei participantur essentialiter ab individuis.*

*XVII. Communicatio oritur ex unione. Ideoq; quot modis dicitur unio, tot modis etiam communicatio & vice versa.*

*XVIII. Unio est copulatio plurium extre- morum differentium ad unum tertium, constituendum.*

XVII. *Unio alia est essentialis; alia personalis alia sacramentalis; alia accidentalis.*

XVIII. *Unio Essentialis est, qua plura essentialiter uniuntur ad unam essentiā constituendam. v. g. anima & corpus; materia & forma in corpore.*

XIX. *Unio personalis aliàs suppositalis est, quâ duæ naturæ ita uniuntur, ut unam constituant personam. v. g. Divina & humana natura in Christo.*

XX. *Unio sacramentalis est in Sacramentis divinitus ordinatis. v. g. in pane & coriore Christi.*

XXI. *Unio accidentalis est, quâ plura concurrent accidentaliter. v. g. duo accidentia in uno subjecto: rotunditas & dulcedo in pomo.*

XXII. *Incommunicabile est, quod aliquam è dictis communicationem non admittit. v. g. omne finitum est incommunicabile ad plura supposita. Item singulare Ens est incomunicabile ad plura inferiora per multiplicationem &c.*

*In a. numerabile ratiōne & 13  
quod ad eadem communicabile*

Regule

*Regule. v. suppositis supponendo*

1. *Communicatio Realis non statim est Essentialis. v. g. Communicatio inter proprietates naturalium Christi est realis tantum, non essentialis.*

2. *Omne bonum est communicativum sui. h. e. omne bonum bonitatem suam alteri communicat. v. g. Deus in se optimus in opere creationis, conservationis &c. suam bonitatem communicat. Interim omne bonum suam bonitatem alteri communicat. 1. In quantum potest. 2. In quantum subjectū cui debet communicari recipere aptum est. 3. In quantum bonum illud, quod Χεῖσθαι illi, cuius est, maneat proprium, & quoad Χεῖσθαι aliis communicetur.*

3. *Quæ communicari possunt cum aliis meliora sunt iis quæ communicari nequeunt. Quia enim omne bonum sui est communicativum, sequitur bonum quo pluribus communicari potest, & etiam esse præstantius. v. g. liberalitas est melior temperantia, quia illa communicari potest, hac non item: Interim distinguendum est inter communicationem ipsarum rerum, & rerum usum seu operationem: Licet enim v. g. Uxor ipsa non possit communicari, potest tamen aliqua operatio seu actio uxoris, consilium nimirum & industria ipsius communicari.*

4. *Non omnis communicabilitas repugnat individuo. Potest enim effectivè communicari & cum alio uniri. sed incommunicabilis ratiōne & qualitate.*


*Regule. H 4*

*A dividar de incommunicabile ratiōne & qualitate  
2. Communicabile si vel effectivè & incommunicabile  
sunt effectivè ratiōne & qualitate*

5. Unio

3. Unio est causa communicationis: sc: non simpliciter & absolute, sed respectu proprij. *B. p̄cipiō  
onatōrē p̄cūs p̄t d̄lētū n̄m̄ d̄m̄ c̄tō  
c̄t. d̄lētō p̄t d̄lētō p̄t d̄lētō*  
*Errantē* *Errores. p̄fessionalis*

1. Calviniani & alij, qui propria communica-  
ri posse negant.
2. Photiniani, qui singulare nullo modo commu-  
nicabile esse putant.
3. Qui horum terminorum maximè utilium, in  
suis Metaphysicis ne quidem mentionem faci-  
unt.



#### SECTIO QVARTA.

De

### AFFECTIONIBUS EN- TIS CONJUNCTIS ME- DIATIS MEDIANTE VE- RITATE.

ARTICVLVS PRIMVS.

De

### NATURALI ET ARTIFI- CIALI.

Pra-

#### Præcepta.

- I. Naturale est, cuius veritas dependet ab intellectu divino. Intellige veritatem essen-  
tialē seu Entitativam, cuius mensura & nor-  
ma ut & origo seu principium primum est intel-  
lectus divinus in omnibus rebus naturalibus.
- II. Natura alia est Naturans ; alia Natu-  
rata.

III. Natura naturans dicitur quæ omnia  
naturavit. h.e. in proprio naturæ ordine posuit.  
v. g. Solus Deus est natura vel Ens naturale.

IV. Natura Naturata est omne creatum  
quod à natura naturante esse suum obti-  
net. v. g. Angeli & omnes res Physice dicuntur  
Entia naturalia.

V. Notandum verò inter cetera, quod aliud  
sit à natura ; aliud secundum naturam ; aliud  
præter naturam ; aliud contra naturam ; aliud  
supranaturam esse vel fieri.

VI. A Natura aliquid esse dicitur quatuor  
modis: primò enim à natura esse appellamus,  
quæ statim à nativitate insunt adeoq; con-  
nata sunt v. g. Mortalitas homini inest à na-  
tura.

H 5

Dein-

VII. Deinde remotius à natura esse dicitur, quod successu temporis demum in capi-  
cibus subiectis suā sponte sequitur. v. g. *Canities à natura est, & harba in viris:*

VIII. Tertiò quorū potentia tantum inest, etiam nō raro dicuntur esse à natura v.g. *vir-  
tutes Ethicæ dicuntur esse à natura.*

IX. Deniq; à natura esse dici solent, ad quæ  
Quæc magis sumus proclives, vel quæ ma-  
gis intendit natura. v. g. *Poëta nasci dicuntur  
non fieri.*

X. Secundūm naturam esse, vel fieri dicitur,  
quod ex naturæ inclinazione & à principio  
naturali provenit, adeoq; naturam ipsam  
conservat. v.g. *Motus sursum fit secundum na-  
turam in levioribus corporibus, utpote in igne.*

XI. Præter naturam fiunt ea, quæ quidem  
non oriuntur ex particularis naturæ ductu,  
ipsi tamen non repugnant, nec vim infe-  
runt. v. g. *ignis circulariter movetur sub  
concavo Luna, ut hac de re disputant Physici.*

XII. Contra naturam sunt, quæ naturæ  
ordinem, & propensionem naturalem tol-  
lunt

funt & destruunt. v. g. *moveri sursum est  
contra naturam lapidis.*

XIII. Supra naturam ea sunt & fiunt, quæ  
a Deo extraordinariè & miraculoſo modo  
efficiuntur. v. g. *virginem parere est supra  
naturam.*

XIV. Insuper Naturale aliquid dicitur vel  
Causaliter; vel Subjectivè.

XV. Causaliter naturale est, quod fluit à  
principiis naturæ, v. g. *facultates animæ.*

XVI. Subjectivè Naturale est, quod in  
natura est, sive integra, sive corrupta: v. g.  
*originalis justitia dicitur Adamo fuisse natu-  
ralis & peccatum jam dicitur naturale.*

XVII. Artificiale est cuius veritas ab  
intellectu humano dependet. Scil: imme-  
diatè & tanquam à proximo principio. v. g.  
*domus est res artificialis. Alias res artificia-  
les etiam ad Deum referri debent, cum enim  
artes & illarum effecta sint bona, à Deo sint  
necessum est.*

### Regulae.

- i. Natura prius intendit perfectum quam imper-

imperfectum. Licet enim in generationibus semper procedat ab imperfectioribus ad perfectiora; tamen ratione intentionis & finis spectat perfectissimum.

2. Natura retinet sua jura. h. e. jura ab hominibus posita facile mutantur, sed ea quae ab ipsa natura proficiuntur nullus mutaverit, juxta proverbium: Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit.

3. Natura non facit saltum. h. e. natura operatur successivè per gradus & conjungit extrema non per seipsa, sed per media. v. g. ignis naturaliter calefaciens aquam non statim inducit fervorem è frigore, sed primò tempore, postea demum à tempore tanquam medio progreditur & quasi duo conjungit extrema, vide licet gelu & fervorem.

4. Deus & natura nihil faciunt frustra. Sed propter certum & destinatum sibi finem.

5. Quæ natura uni subtraxit, alii restituit. v. g. multi digitis mirabiliter loquuntur, & nonnulli, qui manibus carent, pedibus artificiosissime pingunt & scribunt.

6. Leges naturæ non judicent supra naturam. Quomodo enim ea, que supra omnem naturam sunt, poterunt judicari à natura?

7. Ars imitatur naturam: & ars est æmula naturæ, sicut natura Dei. v. g. textores ab araneis dicerunt similes texturas exhibere.

8. Ars est præstantior naturæ. Scilicet conditio natu-

tura affectat, præstat nuda & non exulta natura.

9. Artifici in sua arte credendum. Scilicet probato. v. g. Tycho Brahe dixit: Martem aliquando esse humiliorem Sole. E. verum est.

10. Vitia artificum non sunt adscribenda ipsi arti. Sed externis obstaculis si vitia obtingant, vel defectui artificis relinquantur: *qui est ut & non & deinceps de defectu*

### Errores.

- Errant*
1. Qui ea, quæ Naturæ conditionem excedunt & superant, eidem repugnare & contrariari assunt.
  2. Qui de Naturali in physicis tantum agi posse putant.
  3. Qui ut Naturalis ita Artificialis etiam doctrinam in Metaphysicis negligunt.



### ARTICVLVS SECUNDVS.

De

## MENSURA ET MENSURATO.

### Præcepta.

- I. Mensura ( alias norma, Regula ) est, quæ

con-

conditio aut habitudo alterius exigitur. Prout enim Ens aliquod manifestat alterius vel perfectionem, vel Quantitatem vel Quidditatem, ita quidem ut ad illud exigatur, vel per illud exploretur habitudo ejus, inde solet vocari mensura. v. g. Leges vocantur mensura & norma agendorum.

**II.** Mensura alia est Quantitativa; alia Perfectionis; alia cognitionis.

**III.** Mensura Quantitativa est, quæ Quantitatem propriè dictam, nempè molem & extensionem alterius mensurat, atq; notificat. v. g. Gnomon & canon in arte architectonica est mensura architecti.

**IV.** Estq; vel Adequata, vel inadæquata.

**V.** Adæquata (aliàs adæquationis) est, quando mensura & mensuratum exactè convenient in Quantitate, ita ut Mensuratum non excedat quantitatem mensuræ. v. g. Sex unitates sunt mensura adæquata senarij.

**VI.** Mensura inadæquata (aliàs repetitionis) est, quæ excedit à quantitate mensurati. v. g. unitas & mensura senarij per repetitionem.

Mensura

**VII.** Mensura perfectionis est regula & norma, juxta quam de perfectione alterius judicamus. v. g. Deus est mensura omnium. Et inde creature estimantur perfectiores, prout proprius accedunt ad perfectionem Dei:

**VIII.** Mensura Cognitionis sunt res ipsæ, quas homo debet cognoscere. Etenim cognitione nostra dependet à rebus, non verò res à cognitione.

**IX.** Mensuratum est illud, quod normatur ab alio. v. g. Quantitas panni normatur per ulnam. Longitudo diei exigitur ad motum Solis &c.

### Regulæ.

1. Omnis Mensura notior est mensurato. *Quia adæquatè requiritur ut notificet mensuratum. At notificare non potest aliud, nisi sit notius.*
2. Primum cuiusq; generis est mensura reliquorum. Primum h. e. perfectissimum est mensura perfectionis reliquorum sub illo genere comprehensorum. v. g. Homo perfectissimus in genere animalium est mensura per cuius comparationem venimus in cognitionem reliquarum brutarum animantium.
3. Mensura est quid unum & indivisibile. h. e. *sacra gratia mystica pales dabo tibi in primis  
nihil tamen loquere nec canere deinceps non debet*

*mensura* debet esse aliquid fixum & certum, ut de illo nihil dematur, vel ad illud addatur, in quantum certa est mensura.

4. Mensura sit Homogenea mensurato. v. g. per motum Horologii mensuramus longitudinem diei, non verò per ulnam.

5. Mensura debet esse infallibilis & certa. v. g. Sola scriptura est mensura articulorum fidei, quia sola est infallibilis & authentica autoritatis.


### Errores.

Errant.

1. Metaphysici potissimum vetustiores qui hanc materiam in Metaphysicis ex professo non tractant.
2. Soncinas & Aegidius, qui mensuram distinguunt in Extrinsecam & intrinsecam; cum accurate loquendo non detur intrinseca mensura, quia mensura semper aliud mensurare debet.
3. Weigeliani, qui Spiritum privatum; & alii, qui traditiones humanas volunt esse normam fidei: cum tamen non habeant infallibilem certitudinem. conf. Reg. 5.



### SECTIO



### SECTIO QVINTA.

De

## AFFECTIONIBUS ENTIS CONJUNCTIS MEDIATIS MEDIANTE BONITATE.

### ARTICVLVS PRIMVS.

De

## PERFECTO ET IMPERFECTO.

### Præcepta.

- I. Perfectum est, cui nihil deest ad suam quæ ei debebatur integratatem.
- II. Perfectio (i.) alia est absolutè talis; alia In certo genere.
- III. Perfectio absoluta (aliàs Simpliciter talis) convenit illi tantum, quod summam habet perfectionem. v. g. Solus Deus propriè est perfectus, & meritò perfectissimus deprecatur.

I

IV. Per-

IV. *Perfectio in certo genere* (alias *perfectio secundum quid, & determinata*) est *perfectio certæ naturæ debita, licet imperfectioni admixta.* v. g. *plumbum perfectum.*

V. *Perfectio* (2.) alia est *Transcendentalis;* alia *Naturalis;* alia *Moralis.*

VI. *Perfectio Transcendentalis* est, quâ *Ens* dicitur *perfectum in se*, quatenus ipsi nihil deest in integritate essendi. v. g. *Infans est Ens perfectum, quia perfecto modo habet essentiam humanam.*

VII. *Perfectio Naturalis* est, juxta quam, nihil deest rei ad naturalem illius operationem: v. g. *Homo robustus, & validioris temperamenti est perfectus naturaliter.*

VIII. *Perfectio Moralis* est, secundum, quam alicui nihil deest in habitu virtutis *Moralis.* v. g. *iste homo vocatur moraliter perfectus, qui eminenter est virtuosus, fortis, justus. &c.*

IX. *Perfectio* (3.) alia est *Partium;* alia *graduum.*

X. *Perfectio partium* dicit totalitatem partium sibi debitarum v. g. *Logica illa perfecta est,*

*et a est, que non deficit in aliqua parte ad ipsam attinente.*

XI. *Perfectio graduum* appellatur, quæ omnibus gradibus debitæ tuæ perfectionis gaudet, abundatq; quâdam excellentiâ. v. g. *qui excellit in Metaphysica dicitur perfectus Metaphysicus.*

XII. *Imperfectum* est id, quod deficit à debita perfectione: v. g. *Homo nimis parvus est imperfectus;* & eruditio imperfecta dici solet, quæ adhuc multum ruditatis in se continet.

XIII. *Imperfectio* alia est *privativa, alia Negativa.*

XIV. *Imperfectio privativa* est, carentia perfectionis debitæ inesse. v. g. *peccatum, itemq; morbus dicuntur imperfecta imperfectio privationis.*

XV. *Imperfectio Negativa* est, quâ res dicitur imperfecta in collatione cum aliis. v. g. *omnis creatura est imperfecta: Angelus respectu Dei; homo respectu angeli.*

## Regulæ.

1. Perfectum prius naturâ est imperfecto. *Intellige perfectum absolute & universaliter ut sic sumptum. Nam in particularibus potius ab imperfecto ad perfectum fit transitus. Item de prioritate intentionis.*
2. Sui perfectionem quidvis appetit, sed absque sui Corruptione. *Naturali n. impetu quicquid est, ad sui fertur Conservationem.*
3. Quicquid perfectionis est in creaturis, etiam est in Deo. *Si non formaliter, tamen eminenter aut virtualiter.*
4. A perfecto non nisi perfectum provenit. *Intellige primario de Deo, ubi sine limitatione veriss. est. Deinde de perfecto ut perfectum est, & quatenus non impeditur in sua operatione.*
5. Perfectio partium essentialium commendat rem, etiam absque perfectione graduum. *v. g. qui omnes Logicae partes tenet commendatur à perfectione eruditioris Logicae, tametsi illam non obtineat in summo gradu.*
6. Perfectio Entis nec augeri nec minui potest. *Intellige perfectionem essentialiem non accidentalem.*
7. Imperfectionis Cognitio est verissima perfectio. *Intellige non formaliter sed consecutivè h. e. qui imperfectionem suam agnoscit, facilime perfectiorem consequi potest.*

8. Non

## PARS PRIOR.

126

8. Non omnis imperfectio est pravitas: Scil. illa, quæ est pura, negativa: ut p̄dē est nescientia pura, qualis v. g. fuit in Christo, dum dicitur crevile sapientiā.

## Errores.

- Intellige in Subdivisione est  
tame si est quicquid non fallere  
qua si nihil posse habeatur  
propter fieri possit error.*
1. Suarezius, qui statuit perfectum esse equipollens vel Synonymum Enti, sicut Res & aliquid.
  2. Qui existimant perfectionem esse simplicem Entis affectionem, à bono transcendentali distinctionem.
  3. Qui putant perfectum ita pertinere ad bonum, ut idem plane sit cum bono.



## ARTICVLVS SECUNDVS.

De  
COMPLETO ET IN-  
COMPLETO.

## Præcepta.

- I. Completum est, quod habet essentiam totalem

I 3

totalem per se, non completem aliud, ut cum alio faciat Ens per se. v. g. *omnis species & omne totum est Ens completum.*

II. *Estq; tale vel Absolutè vel comparatè.*

III. *Completem absolutè est, quod ultimam in suo genere perfectionem tantum habet, ita ut ad alterius Constitutionem ordinatum non sit v. g. Omnia Corpora mixta dicuntur Entia Completa.*

IV. *Comparatè completum est, quod in suo genere tametsi sit perfectum, non tamen repugnat ingredi ui alterius constitutionem. v. g. Elementa.*

V. *Completem etiam est aliud in Essendo; aliud in Subsistendo.*

VI. *Completem in essendo modò definitum est, quod habet essentiam in se terminatam & absolutam.*


VII. *Completem in subsistendo est, cuius subsistentia non completur ab alio, adeoque habet subsistentiam ultimatam & independentem. v. g. omnes suppositum & omnis persona.*

VIII. *Incompletum est, quod ad alterius per-*

perfectionem ordinatum est: v. g. *omnis pars essentialis Materia & forma, anima rationalis &c: Imò & integralis ut manus.*

### Regule.

1. Ex duobus actibus completis non fit unum per se. licet per accidens v. g. ex auro & argento fiat poculum.
2. Ens completum ultimam perfectionem in suo genere obtinet. Sic. v. g. Angelus non ordinatur ad materiam aliquam, quam perficiat per modum formæ, licet possit illam perficere per modum efficientis.
3. Completem in essendo potest esse incompletum in subsistendo. v. g. *Humana Christi natura est completa & perfecta humanitas, licet non subsistat propriâ subsistentiâ.*
4. Ens incompletum duplarem notionem obtinet; unam ut sit, alteram ut aliorum sit. Scil: *Ens incompletum, uti duplarem habet Entitatem unam absolutam, alteram respectivam; ita duplarem quoq; obtinet bonitatem: unam secundum actum essentiae quo est; alteram secundum actum presentia sive informationis, quo ad aliud ordinatur.*



Errant.

*Errores*

1. Suarezius, qui divisionem Entis in comple-  
tum & incompletum solum Enti creato ap-  
plicuit.
2. Idem, qui accidentia Entia completa esse pos-  
se, negat.
3. Photiniani, afferentes humanam Christina-  
turam non esse veram & completam humanita-  
tem, è quod à nobis subsistere dicatur in perso-  
na τῆ λόγου: Licet enim incompletam ratione  
subsistentiae agnoscamus, tamen ratione essentiae  
incompletam esse negamus.

*ARTICVLVS TERTIVS.*

De

*ABSOLVTO ET RE-  
SPECTIVO.**Præcepta.*

- I. *Absolutum* est, quod caret respectu ad aliud.
- II. *Absolutum* aliud est *ratione causæ*; aliud *ratione subjecti*; aliud *ratione objecti*; aliud *ratione termini*.

III. *Abs-*

- III. *Absolutum à causa* ( alias effectivè ab-  
solutum ) dicitur, quod non habet ordinem  
ad aliud, à quo fiat tanquam à causa.
- IV. *Absolutum à causa* est duplex: vel enim  
simpliciter absolvitur à causis, vel secundum  
quid.
- V. Simpliciter absolutum à causa est, quod  
omnia causarum genera excludit. Sic Solus  
Deus est *absolutum Ens à causa*.
- VI. *Absolutum à causa secundum quid* est,  
quod liberum existit à Causis internis, non  
verò excludit externas. v. g. intelligentiæ seu  
*Angeli*.
- VII. *Absolutum à Subjecto* est, quod non  
est in alio tanquam in Subjecto. v. g. omnes  
substantiæ, etiam creatæ & finitæ absolvuntur  
à subjectis.
- VIII. *Absolutum ab objecto* dicitur, cuius  
esse non dependet ab alio tanquam ab ob-  
jecto. v. g: *Quantitates etiam carent respe-  
ctu, & ita sunt Entia absoluta, per defectum  
bujus respectus.*
- IX. *Absolutum à termino* est, Cujus esse  
non terminatur ad aliud. v. g. illa que sunt  
in termino *Vel* *vel* *in pre-*

*in prædicam. Subst. Quant. & Qualit. sunt Entia  
absoluta.*

X. *Absolutum quoque aliud est positivè,  
aliud privativè; aliud negativè.*

XI. *Absolutum positivè est, quod colloca-  
ri potest in prædicamento substantiæ vel  
accidentis absoluti v. g. Homo, linea.*

XII. *Absolutum privativè est, quod supe-  
rius est absoluto & respectivò, & ab utroq;  
abstrahit, quia indifferentis est ad utrumq;  
v. g. Ens.*

XIII. *Absolutum negativè est, quod in es-  
se suo præcisè est, & non ad ulterius or-  
dinatur. v. g. ultima differentia.*

XIV. *Respectivum est quod ad aliud re-  
fertur.*

XV. *Respectivum habet respectum vel  
causati ad causam; vel accidentis ad subjectum;  
vel ad aliud tanquam objectum; vel deniq;  
ad aliud tanquam terminum.*

### Regulæ.

1. *Absolutum omnimodè propriè nihil est.  
Quocunq; n. verum Ens est, respicit aliud vel ad mini-  
mum, ut causatum aut causam.*

2. Abso-

2. *Absolutum dicitur ἄλλο τι aliud quid: at  
respectivum seu respectu affectum ἄλλα τινά.  
Sic v. g. Homo est aliud quid, non alicuius alterius.  
Pater autem est alterius alicuius sc. filij pater.*

3. *Ut aliquid sit respectivum, requiritur ha-  
bitudo ad aliud. Nam respectu affectum est quasi con-  
jugatum: absolutum vero est q. viduum.*

4. *Respectus Transcendentalis, qui hujus lo-  
ci est, toto cœlo differt à respectu prædicamen-  
tali. Nam respectus, qui hic consideratur est ut affe-  
ctio: ille vero qui infra in doctrina relationis, est ut spe-  
cies Entis.*

5. *Omne respectivum fundatur in aliquo  
absoluto: v. g. Paternitas in humanitate. & tres  
personæ trinitatis subjiciunt in essentia una.*

6. *Quæ habent respectum ad aliud tanquam  
ad terminum maximè respectiva Entia sunt:  
& proprie dicuntur relata per propriam relationem.  
De quibus infra.*

### Errores.

- Noz domine ex parte s. l. avideziam lat.*
- Errant.*
1. *Qui absolutum omnimodè fingunt; cum tamen nihil detur, quod omni prorsus respectu ca-  
reat.*
  2. *Bartholinus & alij, qui doctrinam de Ab-  
soluto & respectivo in suis Metaphysicis omit-  
tunt.*



## ARTICVLVS QVARTVS.

De

PERMANENE ET  
SUCCESSIVO.

Pæcepta.

I. *Permanens* est, quod non habet partes suas in fluxu unius ad aliam abeuntem. v. g. *Homo, Deus, anima, corpus, &c.*

II. Alias vox *permanens* denotat primò omnimodam indefectibilitatem & immutabilitatem. Unde permanere dicitur quod nulli mutationi est obnoxium. Et sic v. g. *Soli Deo & quidem καὶ ἐξοχὴν tribuitur permanēt.*

III. Deinde *Permanens* dicitur omne id, quod durat seu duratione præditum est. *Sicque permanēt & duratio recurrent, cum durāō nihil aliud sit quam permanēt Entis in existendo: quomodo etiam successiva permanent.*

IV. *Successivum* est, quod partes sui esse habet

habet in fluxu, quō partim abit, partim est, partim erit. v. g. *Motus, tempus, sub quo sunt hora, dies, annus.*


## Regulae.

1. Omnia permanentia, præter Deum, int̄ire possunt & evanescere per vim Dei *ἀδεύσης* h. e. annihilantis.
2. Quicquid est Ens successivum id debet habere partes. *Sicque simplex & indivisibile Ens est, non poterit ejus esse per partes acquiri, atq; sic nec successione aliqua continuari.*
3. Non omnis fluxus partium infert Ens successivum, sed tantum ille quo quid habet partes sui esse fluentes. *Hoc est, quod talem habet essentiam è talibus partibus consurgentem, quae semper sunt in fieri & in transitu.*
4. Successivum Ens dicitur ita non à successione imaginaria: nec privativa; sed positiva & intrinseca: cœssio facit Ens successivum, & quidem non discreta sed continua.

## Erros.

1. Alstedius & ali, qui permanentia & successiva inter Affectiones Entis non referunt.
2. Physici Qui putant Ens successivum existere per solum præsens.

TRAC-



## TRACTATVS TERTIVS.

De

AFFECTIONIBUS EN-  
TIS ACCIDENTALIBUS.  
SECTIO UNICA.

## ARTICVLVS PRIMVS.

De

SUBJECTO ET ADIUN-  
CTO.

## Præcepta.

I. *Subjectum est, quod præter suam es-  
sentiā aliquid in se recipit.* v. g. *Substantia  
est subjectum accidentium; Mensa librorum  
vel ciborum in mensa positorum.*

II. *Subjectum, (i.) aliud est inhesionis; aliud  
adhesionis aliud occupationis; aliud prædicati-  
onis.*

III. *Subjectum inhesionis est, cui adjun-  
ctum inhæret.* v. g. *Homo est subjectum do-  
ctrinae.*

IV. Sub-

## PARS PRIOR.

136

IV. *Subjectum adhesionis est, quod adjun-  
ctum recipit ad vel circum se.* Sic. v. g. *Ho-  
mo est subjectum vestium vel divitiarum,* &c.

V. *Subjectum occupationis (alias considera-  
tionis, seu tractationis & in specie objectum)*  
est, circa quod adjunctum occupatur. v. g.  
*color est obj. etum visus, sonus auditus.*

VI. *obj. etum aliud est adequatum, aliud  
inadequatum.*

VII. *Objectum adequatum est, quod est  
proprium & totale.* v. g. *Physicæ objectum  
est corpus naturale quatenus naturale.*

VIII. *Objectum inadæquatum est, quod est  
Commune vel partiale.* v. g. *cœlum vel  
alia species corporis naturalis est objectum  
Physicæ.*

IX. *Huc pertinet distinctio objecti in  
objectum perfectionis & adæquationis;*

X. *Objectum perfectionis est nobilissima  
pars objecti totalis.* Sic v. g. *Deus est ob-  
jectum Philosophiae, sed inadæquatum, qui etiam  
circa alia Entia versatur Philosophia. Quia  
verò Deus est nobilissima pars scibilis Philoso-  
phiae subjecti, idcirco dicitur obj. perfectionis.*

XI. Obje-

XI. Objectum adæquationis idem est, quod objectum adæquatū nempè quod ab adjuncto adæquate occupatur, ut nec sit eo latius nec angustius. Sic v. g. supra diximus quod Ens, quatenus Ens, sit objectum Metaphysice.

XII. Objectum insuper aliud est per se; aliud per accidens.

XIII. Objectum per se est, in quo per se occupatur adjunctum. Sic v. g. verum per se est objectum intellectus.

XIV. Objectum per accidens est, in quo adjunctum per accidens occupatur. v. g. Falsum est obje. intellectus,

XV. Subjectum prædicationis (alias Enunciativum, Axiomaticum) est prior pars Enunciationis. v. g. q. dico: Homo est animal: Homo est subjectum.

XVI. Subjectum(2).aliud est informationis; aliud denominationis.

XVII. Subjectum informationis (alias subjectum Quo) est pars aliqua totius, quæ primo afficitur ab aliquo adjuncto. v. g. anima est subjectum doctrine.

XIX. sub-

XIX. Subjectum denominationis ( alias subjectum quod) est totum, cui tribuitur adjunctum partis. Sic v. g. subjectum doctrine est homo.

XIX. Adjunctum est id, quod alteri tanquam substrato adjungitur, sive Substantia sive Accidens fuerit v. g. Rector vel Corrector est adjunctum Cathedrae.

XX. Si adjunctum fuerit Accidens tum Philosophis est vel proprium; vel Commune.

XXI. Proprium est quod uni tantum per se convenit & non pluribus. v. g. Risibilitas uni & soli homini competit.

XXII. Commune adjunctum est commune accidens, quod Contingenter & accidentaliter inest, ita ut etiam alijs convenire possit. v. g. Albedo est hominis accidens Commune.

### Regulae.

1. Non-subjecti nulla sunt accidentia. Sic v. g. quia Cerberus non est, nec ater est. vulgo sic concipiatur hac Regula: Non Entis nullæ sunt qualitatis.

K

2. In re-

Receptio vera & grata recipiuntur sive  
accipit ab eo quod accipitur non videt  
genus

### 139 REPETIT: METAPHYS:

2. In rerum natura pauciora sunt subjecta quam adjuncta. Nam unum subjectum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> innun-  
mera sustinet adjuncta.
3. Subjectum & adjunctum sunt proporcio-  
nata. Huc pertinet illud: *Talia sunt prædicata,*  
*qualia esse permittuntur a suis subjectis.*
4. Subjectum recipiens recipit, secundum  
modum receptivitatis suæ. v. g. *Homo cognoscit Deum, quantum potest per imbecillitatem suam.*
5. Idem subjectum eodem tempore potest re-  
cipere contraria adjuncta. *Scilicet in gradibus re-  
missis.*
6. Objectum non est contrarium adjuncto  
occupato; v. g. *Color non est contrarius visui, vel  
contra.*
7. Dici de aliquo requirit inesse. *Si nempe alii  
quid debeat dici οὐλως non δοξας ως.*
8. Objecto aliquando vis movendi permista  
est, seu conjuncta. *Hinc τολυθέουλην illud: ob-  
jecta movent sensus.*
9. Adjuncti modi seu distinctiones agno-  
scuntur ex varietate subjectorum. Sic v. g. *quia  
homo est subjectum intentionis respectu doctrinae; do-  
ctrina erit adjunctum intentionis vel inherenter re-  
spectu hominis, &c.*
10. Fieri nullo modo potest, ut quod inest  
sit ipsum cui inest vel adest. v. g. *Risibilitas non  
est ipsa anima rationalis.*

### 11. Omne

Recipiens debet & est s<sup>e</sup> p<sup>e</sup> que ad fideli cetero  
universitate & exercitu non possit

### PARS PRIOR.

140

11. Omne proprium fluit ex essentialibus sub-  
jecti principijs. Sic: vel proxime vel remote. Sic  
v. g. *facultas ridendi proxime fluit ex anima, ipse  
vero ridendi actus remote.*
12. Proprium unius non est proprium atte-  
rius. *Quia uni soli proprium est, interim accidenta-*  
*liter poterit accommodari ad diversam naturam.*
13. Proprium per se est incomunicabile,  
interveniente unione sit Communicabile. v. g.  
*Vis urendi Communicatur ferro ignito, adeo ut ferrum  
ignitum posit foramen efficere in ligno, quod alias negat  
ignis per se, neque ferrum per se præstare potest.*
14. Uno proprietum Communicato non  
statim communicatur alterum. *Quia fieri potest,  
ut sit repugnantia vel ineptitudo in recipiente. v. g.  
anima communicat corpori vitam, sensum; sed non spiri-  
tualitatem vel immaterialitatem.*

### Quod non recipit habeat ab aliis Errores.

- Errant:
1. Qui de subjecto & adjuncto in Metaphysicis  
nihil præcipiunt.
  2. Goclenius & alij, qui Humanam natu-  
ram in Christo vocant divine naturae adjunctum.
  3. Timplerus & alij, qui negant unam proprietatem  
essentialiæ alicui communicari posse sine altera.

Item acceperat ex ecclesiis vicinis: *propositum  
hanc in universitate & exercitu ARTI.  
Sed postea dicitur ut ei deinde est res  
operatim sat rationabiliter inveniatur.*

De

SIGNO ET SIGNA-  
TO.

Præcepta.

I. *Signum* est quod potentia cognoscendi aliquid repræsentat.

II. *Signum* (1.) aliud est *Naturale* aliud *Arbitrarium*.

III. *Signum Naturale* est, quod signat aliud ex naturali Connexione cum eo. Sic v. g. *Fumus est signum ignis*.

IV. *Arbitrarium* est quod (non ex natura, sed) ex arbitrio vel ordinatione extrinseca signat. v. g. *Hedera est signum venialis vini vel cerevisie*.

V. *Signum* (2) aliud est *rememorativum*; aliud *demonstrativum*; aliud *prognosticum*.

VI. *Rememorativum* est, quod reducit aliquid præteritum in memoriam. v. g. *Iris est monu-*

monumentum diluvij.

VII. *Demonstrativum* est quod monstrat rem præsentem. v. g. *Sacra menta sunt signa gratia præsentis, quam scil: Deus Christianis per Sacra menta offert & exhibet*.

VIII. *Prognosticum* est, quod prænuncia rem futuram. v. g. *varius cali color, de quo poëta: Caruleus pluvias, denunciat igneus Euros;*

IX. *Signum* (3.) aliud est *nudum*; aliud unā *exhibitivum*.

X. *Signum nudum* est, quod tantum signat, tantum significat. v. g. *imago Christi est signum Christi*.

XI. *Exhibitivum* est, quod unā exhibet id quod significat. Sic v. g. *Sacra cena revera exhibit corpus Dominicum & sanguinem Christi*;

XII. *Signum* (4.) aliud est *notificans*; aliud *commonefaciens*; aliud *obsignans*.

XIII. *Notificantia* sunt notæ, quæ rem ignotam indicando patefaciunt. Sic v. g. *Theologi disputant de notis veræ Ecclæ*.

XIV. *Commonefacentia* sunt, quæ rei cognitæ notitiam conservant. Sic v. g. *Cena Domini*

*Dominica est signum passionis Christi.*

*XV. Obsignantia sunt, quæ certificant rem cognitam. v. g. circumcisio est signum fœderis.*

*XVI. Signatum est res, quæ per signum potentiae cognoscendi repræsentatur. Sic v. g. ignis est signatum sumi. virum renale bedere, &c.*

*Signum quod est in sensu. Vnde hoc formaliter  
Regula. Vnde hoc formaliter*

1. In quovis signo duæ sunt habitudines: una est ad rem significatam, altera ad potentiam, cui significat. *Sic fumus nisi respiciat latenter ignem, quem prodit, & aptus sit alicui potentia illam proponere, nequaquam afferet rei cognitionem.*

2. Signa naturalia apud omnes sunt eadem. v. g. gemitus est signum doloris. Ratio est in promptu, quia naturalia non variant.

3. Non omnia signa sunt visibilia. v. g. pulsus Campanæ est signum cultus instantis sacri, qui tamen non videtur sed auditur.

4. A signis necessariis vera consequentia perpetuò, v. g. Nullus motus in arterijs percipitur E. cordis vis prostrata est.

5. A signis non necessariis ( communibus, exter-

REPET: MET: PARS PRIOR. 144  
externis, probabilibus) plerunq; valet consequentia. At non semper, v. g. Cælum manèfuit rubicundum E. pluet.

6. Nihil est nota sui ipsius. Intellige formaliter: interim tamen nonnunquam nota materialiter coincidit cum illa re quam notificat.

7. Nota debet esse notior notato. Alias n. non esset nota, sed ignota.

8. Notæ debent esse propriæ non Communes. Etecum si alijs etiam effent Communes, jam nihil certi cerio signare possent.

### Errores.

- Errant.
1. Qui doctrinam hanc plane in Metaphysicis omittunt.
  2. Scotus & Bonavent: qui rationem signi in vera & propriæ dicta relatione, que sit prædicamentalis, consisteret ajunt.
  3. Collegium conimbricense, quod putat, signum quas signum importare realem diversitatem à signato.
  4. Calviniani; qui Sacraenta nuda volunt esse signa & non simul exhibitiva.



PARS POSTERIOR META  
PHYSICÆ.

De

QUASI: SPECIEBUS  
ENTIS.

TRACTATVS PRIMVS.

De

SUBSTANTIA.

Præcepta.

I. *Substantia* est Ens, quod habet proprium esse, nec est in alio tanquam in subiecto.

II. *Substantia* alia est *incompleta*, alia *Completa*.

III. *Substantia incompleta* est, quæ per se extra compositum perfectam speciem non absolvit, v. g. *materia* & *forma* itemque *anima rationalis*, &c.

IV. *Completa* est, quæ perfectam essentiam & speciem constituit. v. g. *Homo*, *Angelus*, &c.

V. Com-

V. *Completa substantia* in genere <sup>nens est</sup>  
tus in *universalem* & *Singularem*.  
*Sic*

VI. *Universalis* (Logicè Secunda dicta) est, quæ, universaliter concipitur: *semperq;* est vel *species* vel *Genus* ex *prædicamento substantiarum*. v. g. *animal*, *corpus*, &c.

VII. *Singularis* (Logicè prima dicta) est *substantia extra intellectum existens* & *Ens unitate numericâ determinatum*. v. g. *Petrus*, *Paulus*, &c.

VIII. *Completa Substantia* in specie dividitur in *spiritualem* & *corporalem*.

IX. *Substantia spiritualis* communi nomine dicitur *spiritus*, qui est *substantia expers omnis materiæ & formæ*.

X. *Substantia spiritualis* est vel *infinita* vel *finita*.

XI. *Infinita* est solus *Devs*: Hic enim utri infinitum Ens est, ita etiam infinitam spiritualitatem obtinet.

XII. *Finita Substantia spiritualis* sunt *Angelus* tam bonus quam malus, *Intelligen- tiae* & *animæ rationales*: (*De his spiritibus omnibus fusius agit Pneumatologia.*)

K 5

XIII. Sub-

XIII. Substantia corporea appellatur Corpus, quod est Materialis Substantia Constaens ex materia & forma. (vide Physicam.)

### Regulae.

1. Commune est omni substantiae non esse in subjecto. Scilicet ut Accidens. De alijs autem inessendi modis nemo dubitat.

2. Substantia nulla est, quæ propriâ destituitur operatione. vel enim est ipsa forma, vel habet formam, per quam constituitur. At vero omnis forma est actus & actuosa, Ergo ut distincta est ratione essentia: ita etiam distinctas edet operationes.

3. Substantiae non incurunt in sensu. Nam occurunt nobis vestite accidentibus. Sic v. g. non cernis substantiam arboris, sed accidentia, è quibus colligitur ratiocinando, qualis sit substantia.

4. Substantiae nihil Contrarium. Substantia Consideratur vel absolute, simpliciter & sine accidentibus: vel cum accidentibus induita. Illa nec est alteri contraria substantiae, nec ulli accidenti: at hac recipit contrarietas, propter accidentia & ratione nesciis. Sic v. g. inter aquam & ignem contrarietas est ratione frigoris & caloris. Sic inter lupum & ovem obsequio scil.

5. Sub-  
stancialiter bene re substantia. Sed propter  
agnosco & variationem substantiae

5. Substantia eadem numero permanens est Capax contrariorum. Diverso scilicet tempore. Sic v. g. Homo scientiam & ignorantiam ejusdem: Aqua Calorem & frigus recipere potest.

6. Substantia non recipit magis & minus: h.

e. Substantia una secundum esse substantiale non est magis substantia quam altera. v. g. unus homo non est magis homo, quam alter. Et Goliath non fuit magis homo, quam David, licet fuerit major Davide.

7. Substantia prima significat hoc aliquid. Id est res singularem & per se subsistentem, quæ digito monstrari potest.

8. Quemadmodum Individuum, & prima substantia: Item suppositum & persona differunt, ut latius & Angustius. Sic etiam prima substantia & suppositum. Scilicet: omnis Substantia prima est individuum, sed non contra: Item: Omnis persona est suppositum, sed non contra: Item: omne suppositum est substantia prima & singularis, sed non contra.

### Errores

1. Philosophi, qui in Logicis eodem modo nos hic, de Substantiis & accidentibus agunt.
2. Metaphysici, qui doctrinam de Deo & reliquis spiritibus huc referunt.
3. Nominalistæ, qui divisionem Entis in substantia-

- Eritant.* stantiam & Accid: univocam esse existimare.  
4. Laurentius Valla, qui dicit, quod persona non significet substantiam sed qualitatem.



## TRACTATVS SECUNDVS.

De

## ACCIDENTIBVS.

## SECTIO PRIMA

De

## ACCIDENTIBVS PRIMARIIS.

## ARTICVLVS PRIMVS.

De

## QUANTITATE.

Præcepta.

I. *Accidens* est, quod non per se subsistit, nec est pars substantiæ, sed alteri tanquam Iubjecto iphæret.

II. *Accidens* aliud est primarium; aliud secundarium.

III. Acci-

III. Accidentia Primaria vocantur: Quantitas, Qualitas. & Relatio.

IV. Accidentia Secundaria sunt: Actio, Passio, Quindo, Vbi, Situs, & Habitus.

V. Quantitas est accidentis primarium, quo Substantia extenditur, ut sit in partes diversas divisibilis.

VI. Quantitas alia est Continua; alia discreta.

VII. Continua dicitur magnitudo, quæ est, cujus partes communi termino Copulantur.

VIII. Ejus species sunt Linea, superficies & corpus. (videatur Geometria.)

IX. Quantitas discreta dicitur multitudo, ejus partes seorsim positæ non Continuantur nec copulantur Communi termino, Cujus species unica, nempe Numerus.

X. Numerus nihil aliud est, quam multitudo ex unitatibus collecta.

XI. Numerus alias est numerans. alias numeratus.

XII. Numerus numerans est numerus formalis ab omni materia abstractus, ideoq;

pro-

propriè dicitur Arithmeticus. v. g. 2. 3. 4.  
5. 6. 7. 8.

XIII. Numerus numeratus est Materialis  
h. c. certæ materiæ applicatus. v. g. 10. libri;  
12. Apostoli. (vide Arithm:)

*Cave I. Secundum etiam p. f. e. v. Logicae  
Liber primus habens  
Dicit numerus accid. Regula. p. separabil. sive in  
accidentibus p. ad gradus omnia. De aliis p. Inno-*

1. Nullum Accidens potest esse sine subjecto.  
*Regula hæc immediate ex definitione accidentis deducatur. Accidentis enim esse est inesse.*

2. Unum numero accidens, non potest esse  
in diversis numero subjectis: quia est impartibile,  
nec potest distrahi.

3. Plura accidentia specie differentia possunt  
similiter habere in eodem subjecto. v. g. in uno ho-  
mione sunt Theologia, Philosophia, Philologia, albedo,  
paternitas, &c.

4. Omne accidens à certa fluit Substantia.  
*Scil: tanquam ex principio radicali & principali vel  
remote vel proxime. Alias non negantur quod unum ac-  
cidens immediatum oriatur ex alio accidente v. g. Le-  
vitatem ex calore & habitus ex actionibus crebrioribus.*

5. Quantitatum nullus est motus & efficacia  
per se. *Omnis enim vis sive effectio tribuitur formis;*  
*Substantiis & qualitatibus.*

*Deinde inveniuntur in genere quanti p. ratione & causa  
Efficacis est alia circumscriptiones alia p. ratione cause  
realis p. obiectiva alia tertiaria ratio*

6. Ubi quantitas & figura, ibi est necesse esse  
materiam. *Materia enim est radix & origo quanti-  
tatis & extensionis, que postmodum figuratur.*

7. In majori quanto major est virtus. Sc. 1.  
*Si majus & minus sunt eiusdem speciei. 2. ceteris omnibus  
paribus existentibus. Sic v. g. Cum in duobus homini-  
bus magno & parvo, temperatura & alia omnia sint pa-  
ria: recte dicitur magnus homo parvo esse validior.*

8. Quantitas non recipit majus & minus.  
*Sic hoc quadratum non est magis quadratum, quam  
illud, licet majus esse possit.*

9. Quantitati nihil est Contrarium. *Contrarie-  
tas n. propriè qualitatam pugna est.*

10. Omnium rerum quantitas determinan-  
ta est. *Les proportiones p. quales quantitate & factio-  
nis inter se sunt, non exponunt p. quantitatibus  
factio- & q. q. Errores.*

1. Adversarii, statuentes panem & vinum in  
corpus & sanguinem Christi transubstantiaris  
in S. Eucharistia, ita ut accidentia panis & vi-  
ni remaneant.

2. Idem, caput Iohannis Evangelista minutissi-  
literarum apicibus describentes, atq; è collo su-  
spensum gestantes: eiq; mirificam quandam vim  
& virtutem alexicaciam Damonis fugandi  
& morbos sanandi, tribuentes.

3. Timplerus, Divisionem Quantitatis in con-  
tinuum

*tinuam & Discretam rejiciens.*

4. Occamus & alij qui putarunt *essentiam quantitatis eandem esse cum essentia substantiae corporae.*

### ARTICVLVS SECUNDVS.

De

## QVALITATE.

Pcepta.

I. Qualitas est, per quam substantia est efficax & quæ movet sensus.

II. Species Qualitatis sunt quatuor. *Habitus & dispositio. Potentia Naturalis & impotentia. Patibilis Qualitas & Passio. Forma & Figura.*

III. *Habitus* est qualitas crebris exercitiis comparata, secundum quam subjectum, in quo firmiter hæret, promptum est ad actiones facile & cum delectatione exercendas.

IV. *Habitus* aliud est *Infusus*; aliud *acquisitus*.

*Si dicitur habitus p. ratione principiis, ad s.t. p. ratione subj. V. Ha-*

V. *Habitus infusus* est, qui divinitus per influxum solius DEI obtainetur. v. g. *donna Linguarum in Apostolis: Item in piis Charitas, spes, &c.* (vide Theologiam.)

VI. *Habitus acquisiti* sunt, qui nostris exercitiis & laboribus comparari possunt.

VII. Sunt a. ejusmodi *habitus vel intellectuales*; vel *Morales*.

VIII. *Intellectuales* sunt in intellectu, quem informant & perficiunt.

IX. Et sunt vel *Instrumentales*; vel *principales*.

X. *Instrumentales* sunt; *Grammat: Rhetor: & Log:*

XI. *Principales* sunt quinque: *Intelligentia, Scientia, Sapientia, Prudentia & Ars.* (de quibus vide particulares & distinctas disciplinas, item: prodidagm. nostra de Phil. in gen.)

XII. *Habitus Morales* sunt *virtutes Ethicæ* (vide Ethicam.)

XIII. *Dispositio* infertur ad *habitum* tanquam imperfectum ad perfectum.

XIV. *Potentia Naturalis*, est facultas à natura insita, quā quævis res fortiter agere vel resistere potest. *Variae a. dantur potentiae naturales, tum in spiritibus: (vide Pneumatologiam) tum in corporibus naturalibus: (vide Physicam.)*

XV. *Impotentia Naturalis*, est imbecillitas ingenerata, quā ægrè res operantur vel resistunt.

XVI. *Patibilis Qualitas* est, quæ *Passionem aliquam excitat* in sensibus vel in ternis vel externis. *Et sunt objecta sensuum v. g. Colores, Lux, Sonus, &c. (vide de his distincte agentes Physicam, opticam Musicam & Medicos.)*

XVII. *Passiones* hīc dicuntur omnes affectus subitanei v. g. *Ira, amor, Spes, &c. (vide partim Physicam in doctrina de anima, partim Ethicam)*

XVIII. *Figura* est Qualitas extrinsecus apparens ex quantitatis continuæ dispositio-  
ne & determinatione orta.

XIX. *Forma* Similiter hoc loco est externa species seu figuratio corporis quæ oritur

ex

ex partium materialium dispositione, sive ex ordine proportione & colore.

XX. *Figurae Formæ* vel sunt *Naturales*; vel *artificiales.*

XXI. *Naturales* sunt in corporibus naturalibus. v. g. *Figura cœli est rotunda.*

XXII. *Artificiales* sunt in arte factis. v. g. *Forma Mensæ scanni.*

XXIII. Alias ratione *essentiæ Figura* est multiplex: vt sunt v. g. *lineæ rectæ, Curve, oblique diametrales multilateræ, &c. (vide Geometriam.)*

### Regulæ.

1. Qualitas est omnium accidentium Copiosiss. & frequentiss. Nullus enim in natura datur angulus, nulla vel minutiss. res, quin suis & quidem varijs abundet qualitatibus.
2. Qualitas conseqniter formam. *Vt quantitas materiam.*
3. Qualitates sunt arma Substantiarum h. e. instrumenta per quæ substantia agunt.
4. Qualitatum est contrarietas. *Licet affectio hac solis Qualitatibus, tamen non omnibus competit. v. g. Figura nihil est contrarium & colores medij non habent contrarios colores &c.*

5. Qualitates recipiunt magis & minus. Scil. *et*, quæ sunt in prima & tertia specie Qualitatum: Ille namq; possunt intendi & remitti v. g. frigus jam est vehementius, & intensius, mox iterum est remissum.
6. Virtus unita est fortior dispersa v. g. minimus lapillus aquæ injectus quam primum fundum petit; maxima a. trabs aquæ innatæ: quia in lapide virtus motiva, videlicet gravitas est unita, in trabe vero dispersa.
7. Habitus acquisitus fit successivè. Non enim momento aliquo comparatur, sed ab initijs quibusdam per gradus certos, dum tandem crebra exercitatione robur & confirmationem consequuntur.
8. Habitus acquisitus, qui confirmationem consequutus, difficulter amittitur: dispositio autem adeum facile. Quemadmodum id quod citò fit, citò perit: ita quod studio diurniorum requiriuntur, id etiam constantius & diurnius est.
9. Ad habitum acquirendum tria requiruntur: Natura, disciplina, seu institutio & exercitatio.
10. Habitus non possunt secari in partes. Scil. reales & proprie ita dictas, quæ vocantur quantitativæ; optime tamen in partes analogicas, quæ per proportionem & similitudinem quandam veris partibus respondent quantitatibus.



Tim-

## Errores.

1. Timplerus & Piccolomineus, qui qualitatum divisionem, precepto 2. propositam, impugnant.
2. Qui putant habitus propriè dari in brutis.
3. Qui existimant in membris corporis acquiri habitus.
4. Scotus ejusquè interpp: qui potentiam naturalem accidens esse negant.

## ARTICVLVS TERTIVS.

De

## RELATIONE.

## Præcepta.

- I. Relatio est ratio referendi unum ad aliud.
- II. Relata alia sunt secundum dici; alia secundum esse.
- III. Relata secundum esse sunt, quæ per se primò sunt Entia absoluta, & saltem secundariò ex consequente aliquem respectum admittunt ad aliud. v. g. amor refertur ad rem amatam; scientia ad rem scitam.

L 3

IV. Relata

**IV.** Relata secundum esse sunt, quæ suā naturā dicunt ordinē & respectum ad aliud.

**V.** Et hinc Relatō est triplex: *Subsistens*; *Transcendentalis* & *Prædicamentalis*.

**VI.** Relatio *subsistens* est Substantialis & tribuitur personis SS. Trinitatis, quæ respectum realem & verum ad se mutuò habent v.g. *Pater ad filium* & *filius ad Patrem*: & *Spiritus S. ad utrumque*.

**VII.** Relatio *Transcendentalis* est respectus communissimus, qui omnia Entium genera pervagatur. Talis Relatio est inter terminos Metaph. v. g. *inter actum* & *potentiam*; *principium* & *principiatum* &c.

**VIII.** Relatio *prædicamentalis* est accidens essentialiter ordinatum ad alium terminum, ita ut totum ejus esse consistat in referri ad aliud. sic. v. g. *Paternitas* refertur ad *filium*.

**IX.** Quinq; verò in veris Relatis prædicamentibus notari debent: *Relatio*: *Termini*; *Subjectum*: *Fundamentum*: & *ratio fundandi*.

**X.** Relatio est ipsa forma abstracta & habitudo realis ob quam relatum refertur ad aliud.

aliud v.g. *Dominium in Domino*; *Emptio in Emptore*.

**XI.** Terminī sunt inter quos versatur relatio immediatè, quiq; ad se invicem referuntur & terminant relationem: *Suntque Relatum* & *Correlatum*: v.g. *uxor* & *Maritus* *Dominus* & *servus*.

**XII.** *Subjectum Relationis*, est substantia, in qua instar accidentis hæret Relatio prædicamentalis v. g. *Filius est in hoc subjecto*, *quod est Iohannes vel Iacobus*. *Pater in alio quod est Petrus vel Nicolaus*.

**XIII.** *Fundamentum Relationis* est cāa seu ratio, ob quam subjecto convenit relatio: est qđ semper accidens aliquod; videlicet *quantitas* vel *Qualitas* vel *Actio* vel *Passio*. v.g. *Preceptorietas* fundatur in eruditione, & *Dominium* in potestate imperandi.

**XIV.** Ratio fundandi est proximum fundamentum & applicatio veri fundamenti, ratione cuius fundamentum est id quod est. v.g. *Applicatio eruditionis est ratio fundandi cur aliquis sit preceptor*.

## Regulae.

1. Relata sunt minima Entitatis. *Quia indigent quā accidentia non modō substracto substantiali, sed insuper fulcro accidentis absoluti.* v. g. Pater persona generanti inesse non posset; nec filius genita; nisi utrobiq; intercederet absolutum accidens: Illic vis generandi; hic nascendi.
2. Relatorum mutuum est iter. h. e. Relatum cum suo correlato reciprocatur. Reciprocatio autem hæc non est in simplici conversione, qualis est inter definitionem & definitum, sed in mutuo respectu unius relati ad alterum. v. g. Servus est Domini servus: & Dominus est servi Dominus.
3. Relata sunt simul naturâ & tempore. *Quia se mutuò ponunt.* Sic v. g. posito præceptore, ponitur discipulus: posito Domino ponitur servus.
4. Si quis vnum relatum definite noverit noscet & alterum. *Qui enim intelligit v.g. quid sit pater: intelliget etiam quid sit filius.*
5. Relata per se mutuò definiuntur. v.g. Pater est qui habet filium: & filius est, qui habet Patrem.
6. Relatio subjecto addita non facit compositionem. *Quia nihil ex parte rei distinctum diversumq; superaddit, sed tantum aliorum quasi trahit rem plane eandem.* v.g. quando quis accipit discipulum, tunc fit præceptor sine omni sua mutatione &c.

7. Relatio

7. Relatio potest tolli à subjecto, non tantum eō salvō manente, sed quoq; nihil in se mutato vel alterato. *Sic v. g. potest esse, & manet alicubi lapsum minimè mutatus, etiam abrogato limitandi officio.*
8. Relationes ad introductionem & conservationem sui non necessariò egent locali contactu. *Sic alicui versanti Vienna nasci potest filius Posonijs.*

## Errores.

Errant.

1. Ramista quidam, qui putat quod omnis Relatio accidentis sit, adeoq; *αριθμος ον* esse si dicatur, Tres personas in divinis esse tres Relationes.
2. Photiniani, qui ex distinctis relationibus compositionem fingunt realem.
3. Philip. & Zabarella, terminum vel relativum, fundamentum Relationis vocitantes.

## SECTIO SECUNDA.

## De ACCIDENTIBVS SECUNDARIIS.

## ARTICVLVS PRIMVS.

## De ACTIONE.

L 5

Præcepta

## Præcepta.

I. *Actio* est forma fluens ab agente in subjectam materiam, sive in patiens.

II. Est a. *Actio* (1.) alia *Immanens*; alia *transiens*.

III. *Actio immanens* est, quæ ab agente, à quo producitur, immediate recipit, v. g. *Intelligere* est ab *anima* & in *anima*.

IV. *Actio transiens* est, quæ extra agens transit in patiens. v. g. *Calefacere* est *actio proveniens ab igne*, sed non recipitur ab igne, verum ab aqua, vel alio corpore calefactibili.

V. *Actio* (2.) alia est *Naturalis*; alia *artificialis*.

VI. *Actio Naturalis* est, quæ fit à principio naturæ, adeoq; determinata ad unum modum agendi. v. g. *Calefactio solis*, *humectatio Luna*.

VII. *Actio artificialis* est effectio rectâ cum ratione producta. v. g. Si artifex secundum artem producat vel mensam vel tabulam, vel scannum &c.

VIII. *Actio* (3.) alia est *Intellectualis*; alia *voluntaria*.

IX. *Actio*

IX. *Actio intellectualis* est contemplatio mentis seu intellectus qui intelligendo affectat notitiam veri in ipsis rebus. *Quales actiones exerceant scientie, & sapientie; immo omnes basitus mentis.* v. g. quando *Mathematicus* contemplatur motum *Solis* aut *Luna*.

X. *Actio voluntaria* est actio specialiter sic dicta, quæ contra distinguitur effectiōni. Et sunt *actiones Morales, Civiles &c.* v. g. Si quis honestè suo ductu vivat, benē & juste agat.

XI. *Actio* (4.) alia est *instantanea*; alia *successiva*.

XII. *Actio instantanea* (alias *individua*) est, quā res fit in momento sive punto. v. g. *illuminatio, generatio*.

XIII. *Actio Successiva* (alias *dividua*) est, qua res fit certâ progressionē. v. g. *augmentatione, frigefactio &c.*

## Regula.

I. Omnis *actio* certo fine suscipitur & terminatur. Tria enim sunt agentium genera: *Deus, natura & ars*: que omnia propter certum finem agunt.

2. Modus

2. Modus agendi insequitur modum essendi.  
*Vt enim res est in esse, ita & in operari.*
3. Actio debilioris in nobilius potest esse resistendo ad tempus, non autem vincendo. *Nisi forte, quod fortius est, cedat, & vinci malit.*
4. Actiones sunt suppositorum. *Etenim id quod agit, semper est aliquid totum & per se subsistens: licet sepe agat medianibus partibus suis.*
5. Omnis actio fit per contactum. *Scil. vel virtualem, vel corporalem.*
6. Actio recipit contrarietatem: item magis & minus. *Quæ duo tamen actioni per se non insunt, sed per & propter qualitatem.*
7. Non sunt facienda mala ut inde eveniant bona. *Actione Scil. spontanea. Nam actione invitâ multa mala tolerare cogimur. v. g. Magistratus diversitatem religionis in Repub.*
8. Vbi eadem sunt operationes, ibi eadem est essentia: *Intellige actiones seu operationes specificas & proprias, quæ per se ex essentia & natura rei proveniunt.*

### Errores.

- Errant.*
1. Keckerm. qui existimat, quod in hisce posterioribus sex Entium clasibus tantum Entia per accidens continantur;
  2. Thomistæ, qui eadem Entia tantum absoluta esse, nec ullum respectum involvere afferunt.

A R T I-

### ARTICVLVS SECUNDVS.

De

## PASSIONE.

### Præcepta.

- I. Passio est receptio actionis in paciente.
- II. Passio (1.) Alia est corruptiva; alia perfectiva.
- III. Passio corruptiva est, quæ destruit patientem. v. g. comburi est Passio corruptiva, quia lignum ab ignis uultione destruitur.
- IV. Passio perfectiva est, quæ perficit patientem. v. g. Doceri est passio perfectiva, quia discipulus per præceptoris informationem perficitur.
- V. Passio (2.) alia est transmutativa; alia intentionalis.
- VI. Passio transmutativa est realis mutatio in paciente. v. g. calefactio aquæ, elixatio cibi.
- VII. Passio intentionalis est, cum nulla fit realis mutatio, sed tantum terminatio actionis. v. g. cum Deus cognoscitur & adoratur a nobis, vel cœlum cognoscitur &c.

Regule

## Regule.

1. Passio recipitur pro modo passi. h. e. Actus actionum sunt in patiente prædisposito; ita ut, si in aliquo paciente producendum sit effectum, ipsum patiente bene dispositum ad actum suscipiendum esse oporteat.
2. Passio easdem cum actione habet proprietates v. g. Passio recipit contrarietatem, itemq; magis & minus.

3. Omnis passio præsupponit actionem. Scil. passio infertur ab actione & nihil aliud est, quam receptio actionis.

4. Non quidvis quodvis patitur. Item: Non quodvis à quovis patitur. Debet enim proportio esse inter agens & patiens; quæ ubi non est, ibi negat passio esse poterit. Sic v. g. Si scintillam ignis iniaceres in vas aqua plenum, ibi sane aqua nihil pateretur ab igniculo, cum non sit proportio inter agens & patiens.

## Errores.

Errant.

Scotistæ, qui passionem ab actione realiter differre existimant.

Qui, Passionem peculiarem Entium classem, ab Actionis classe distinctam, constituere negant.



## ARTICVLVS TERTIVS.

De

## QVANDO.

## Pæcepta.

- I. Quando est Accidens, quod notat finitam durationem.
- II. Quando aliud est præsens; aliud præteritum; aliud futurum.
- III. Quando præsens est ordo durationis ad tempus præsens. v. g. Si dicatur: Hoc jam, nunc sit, hac hora, hoc mense.
- IV. Quando præteritum est ordo durationis ad tempus præteritum. v. g. fuisse præterito anno, factum esse super oribus diebus &c.
- V. Quando futurum est ordo durationis ad tempus futurum. v. g. fore, futurum esse, cras, perendie.

## Regulae.

1. Quando propriè non est tempus sed esse in tempore. Sic hora, dies, mensis, annus &c. non sunt quando, sed ad tempus pertinent. Igitur secundum hanc

hanc rerum classem dicitur: Petrus fuit olim, Petrus est hodie. Petrus erit aliquando.


2. Quia Quando importat durationem finitam, igitur excluditur æternitas; quippe que est duratio infinita;

3. Omne  $\gamma$  Quando est esse vel in ævo vel in tempore. In ævo sunt Angeli & Spiritus: In tempore, corpora.

4. Quando neq; contrarium in est, neq; illud magis & minus suscipit. Nam neq; alius alio magis vel minus in tempore esse dici potest: neq; hodie esse contrarium est heri vel ante annum fuisse.

### Errores.

- Eritani.*
1. Alstedius, qui durationem Angelorum ab hac Entium classe excludit;
  2. Goslavius, alij Photiniani, qui in aeternitatem, tempus eiusq; differentias invehere satagunt.



### ARTICVLVS QVARTVS.

De *Vbi* aliud est commune aliud recipiat.

### VBI.

#### Præcepta.

I. *Vbi* est ordo rei ad locum vel ad certam præsentiam.

II. *Vbi* (1.) aliud est circumscriptivum; aliud definitivum.

III. *Vbi* circumscriptivum est, secundum quod aliiquid dicitur esse totum in toto spatio & pars ejus in parte spatij. v. g. corpora naturalia in statu naturali posita, circumscriptivè sunt in aliquo ubi.

IV. *Vbi* definitivum est secundum quod aliiquid est totum in toto spatio & totum in qualibet parte spatij. v. g. Angeli & omnes spiritus sunt in ubi definitivo.

V. *Vbi* (2.) aliud est Naturale; aliud Fortuitum.

**VI.** *Vbi Naturale est ordo ad Naturales locorum differentias. v. g. supra, infra, ante, post.*

**VII.** *Vbi Fortuitum est, ordo ad accidentales locorum differentias. v. g. Esse in schola, in templo &c.*

**VIII.** Notabile est, quod aliquid alicubi esse dicatur, vel *Enter*; vel *præsenter*; vel *Potenter*.

**IX.** *Enter alicubi est vel esse dicitur, quod secundum suam essentiam, realiter & revera ibi est, ubi esse dicitur. v. g. qui mecum est in meo hospitio, Enter mihi adest.*

**X.** *Præsenter alicubi esse dicitur, quando aliquid in conspectu adest, licet secundum essentiam suam absit. v. g. Sol quando ortus est, nobis præsent, esse dicitur.*

**XI.** *Potenter i. e. ubi esse dicitur, quod secundum virtutem & efficaciam operandi adest. v. g. Sol secundum virtutem est in intimis terræ visceribus, ibi operatur.*

### Regulae.

1. *Vbi simpliciter non denotat locum, sed in loco aliquid esse locatum. v. g. esse in foro.*

2. *Vbi*

2. *Vbi est immobile & acquisibile. Immobile; quia non potest moveri cum corpore in quo est, sed moto corpore, statim definit esse in eo. Acquisibile; h. e. producibile per motum localem. Nam qui est Posonij, potest acquirere aliud ubi, si se conferat Viennam.*

3. *Enter, præsenter, Deus hic & vbiq; potenter.*

4. *Vb i non recipit contrarietatem, nec ma- & minus. v. g. In templo esse non est contrarium non esse in schola: neq; aliis alio magis vel minus in loco dicitur esse.*

### Errores.

- Errant:*
- 1. *Timplerū; qui dicit omnem Creaturam esse in loco.*
  - 3. *Idem, statuens sin. liciter impossibile esse, ut ulla creatura sit ubi.*



### ARTICVLVS QVINTVS.

*De*

### SIT V.

*Præcepta.*

## Præcepta.

- I. *Situs* est ordo eorum, quæ situm partium corporis significant.
- II. *Situs* alius est *naturalis*; alius *voluntarius*.
- III. *Naturalis* est à natura & ex positione partium naturali. v.g. *in homine positio capitatis sursum, ventris in medio, pedum deorsum*.
- IV. *Voluntarius* oritur à libera voluntate & fortuita positione. v.g. *in sessione Hominis Statione, recubatione*.

## Regulae.

- I. *Situs* primò est totius. Secundariò partium: *Non tamen unus. vel ad aliud totum relati, vel quatenus ipsius in se totum quid est: sed ita considerati, prout p' h'is habet, inter quas certa quidem est dispositio, ertusq; ordo.*
2. *Situs* non est partium dispositio vel aliquius dispositionis significatio, sed consignatio. *Hinc statio, situs, pronus supinus &c. aliena sunt ab hac rerum classe: verum per quæ respondeamus, interrogati, de corporis eiusq; partium situ, ut stat, sedet. Stare igitur sedere &c. hic pertinent.*

3. Situs

## PARS POSTERIOR

175

3. *Situs* non recipit contrarietatem, nec magis & minus. *Affectiones ha sequuntur substantiam & quantitatem.*

## Error.

*Errat Valla, qui docet situm non constituere peculiarem Entium classem.*

## ARTICVLVS ULTIMVS.

De

## HABITV.

## Præcepta.

- I. *Habitus seu habere est ordo corporis ad adjacentiam eorum, quæ circa corpus sunt.*
- II. *Habitus alius est Naturalis; alius Artificialis.*
- III. *Naturalis est, qui à natura inest. v.g. habere squamas, ut in piscibus habere lanam, ut in ovibus.*
- IV. *Artificialis est, qui ab arte fit. v.g. vestitum esse, tunicatum esse.*
- V. *Artificialis, alius est ornamenti; alius indumenti:*
- VI. *Habitus ornamenti est in ijs quæ ornatus*

natus vel superbiæ causa sunt. v. g. cristatum  
esse, torquatum esse, &c.

VII. *Habitus indumenti* est in ijs, quæ ne-  
cessitatis causâ adhibentur. v. g. *togatum*  
*esse*, *loricatum* &c.

### Regulae.

1. *Vestis non est habitus*, quæ extrinsecus ad-  
jaceret, sed ipsius vestis habitio: *que non in ueste est,*  
*sed in vestito*, qui dicitur habere uestem.
2. *Habitus non recipit contrarietatem*. *Tuni-  
catum enim & calceatum esse contraria non sunt.*
3. *Habitus recipit magis & minus sed improprie-  
& ex accidente respectu scil. vel copia, vel præstantie  
indumentorum*. *Nam qui vel plura vel præstantiora in-  
dutus est, is magis habere dicitur, quam aliis qui tot  
& tanta non est indutus.*

### Epilogus.

**A**Atq; hæc totius huius divinæ scientiæ rudis  
esto in præsepe repetitio & delineatio. Tibi  
verò ô Pater benignissime & fons omnis miseri-  
cordiæ gratias agimus, quod vitam prorogasti,  
vires conservasti, operas nostras gubernasti, &  
ope tuâ cœlesti huc usq; provexisti. Dirige nos  
& in posterum, ut recto pede ingrediamur: om-  
nia, quæ proponimus, ita dispone, ut tibi sint  
grata, Ecclesiæ, Scholis & Reip. commoda,  
nobis deniq; salutaria.

Amen.

Metho-

Methodus Repetit: Methaph. breviter  
abumbrata.

In hac Metaph: Repetit. proponuntur.	Prodidagmata de Philos: in genere. pag. 1. seq. conceptu, & quasi divisionibus. p. 8. seq.
Methaph. definitio & divisio p. 5. in partem.	unitate. p. 16.
Generalem, quæ agit de Entis.	Simplicib: veritate. p. 19. Bonitate. p. 24.
Affectionibus.	Actu & Potentia. p. 28. Principio & Principiato. p. 36.
Conjunctis	Causa & causato. p. 39.
Mediatis mediante	Necessario & contingens. p. 59.
Immediatis.	Corruptibili & Incorrup- tib. p. 66.
Vnitate	Finito & Infinito. p. 69. Dependente & Indepen- dente. p. 74.
	Se à se & ab alio. p. 77.
	Imitate & creato. p. 79.
	Eodem & Diverso. p. 82.
	Applic. & compos. p. 93.
	Toto & partibus. p. 97.
	Universali & singula- ri. p. 102.
	Communicab. & In- communicab. p. 107.
	Natur.

		Natur. & Artific.
	veritate	p. 113. Mensura & Men- surato. p. 8.
	Bonita- te.	Perfecto & Imper- fecto. p. 122. Completo & Incom- plet. p. 126.
Acciden- talib.	Sub & Adj.	Absoluto & Respe- ctivo. p. 129.
Specialem quæ de Spe- cieb. Entis agit.	Signo & P.	Successivo & per- signato. manente. p. 133.
	Substantia	Quantitate. 149.
	Primarijs	Qualitat. p. 153.
	Secun- dari.	Relatione. p. 158.
		Actione. p. 162.
		Passione. p. 166.
		Quando. p. 168.
		Vbi. p. 171.
		Situ. p. 173.
		Habitu. p. 175.

Errata

Errata sic corrigē.

Pag. 12. lin. 17. post non est. adde univocis  
nec. p. 13. l. 8. lege regressus. p. 17. l. 14. dif-  
ferentiis. p. 18. l. 20. unitas p. 21. l. 9. Falsa. p. 24.  
l. 2. Anaxagoras. p. 63. l. 9. operari. p. 64. l. 5.  
Quod. p. 70. l. 20. pro uti, ubi. p. 72. l. 11.  
post à parte dele comma l. 16. post qui adde in.  
p. 75. l. 3. lege Dependens. p. 76. l. 24. post i,  
adde quo. p. 85. l. 2. pro primo, lege pomo. p. 86.  
l. 16. suppositaliter. p. 88. l. 17. pro qui lege quod  
p. 94. l. 2. post vel initiale, adde ex l. 18. pro  
est lege ex. p. 99. l. 23. minus. p. 109. l. 22. post  
v. g. adde. Amicorum bona sunt communia. p. 110.  
l. 3. lege nab' p. 111. l. 10. humana p. 112. l. 13.  
quoad. p. 119. l. 25. pro & lege est. p. 123. l. 5.  
post plumbum, adde est. p. 124. l. 13. lege perfe-  
sto p. 126. l. 3. pure. p. 134. l. 10. pro Sin. lege  
Sienim. p. 137. l. 18. pro q. lege quando. p. 138.  
l. 15. commune p. 139. l. 6. post ant dele per. p. 140.  
l. 6. lege alterius. p. 150. l. 17. iuu. l. 22. Nume-  
rus. p. 152. l. 15. determinata. l. 23. literarum.  
p. 153. l. 16. exercitiis. p. 156. l. 4. pot  
Figura adde &. p. 157. l. 18. lege acquiritur.  
p. 158. l. 19. pro Esse, lege Dici p. 151. l. 4. Sub-  
strato. p. 173. l. 18. pro ubi, lege ubiq, p. 174. l.  
2. pro ratione lege statione. lin. 18. pro quidem,  
lege quadam.

Minutiora facile erit Corrigere.

*L*etitia  
In immi<sup>ni</sup> admis<sup>ione</sup> superius e<sup>st</sup> quod  
in communica<sup>bil</sup>itas & diuisio<sup>n</sup> essentia<sup>s</sup>  
summa cum singulari<sup>m</sup> & nō compre-  
hensibili coniunctio<sup>n</sup>e consistat.  
Q<sup>uo</sup>d: Ess<sup>a</sup> v. Divina non tan-  
ta & incommuni<sup>ca</sup>bili ad plures  
numer<sup>o</sup> essentia<sup>s</sup>, sed co<sup>n</sup>trari-  
pro<sup>p</sup> pluribus diuis<sup>is</sup> suppo-  
sit<sup>is</sup>, q<sup>uo</sup>d in unius ista Union-  
em incommuni<sup>ca</sup>bili essentia restau<sup>er</sup>ant,  
extra plura<sup>m</sup> ad ipsius d<sup>icit</sup>ur  
duplicatio<sup>n</sup>: q<sup>uo</sup>d se p<sup>ro</sup>de certum  
est.

1. Job. 3.  
Tristis nam f<sup>or</sup>ta vitam suam posse  
pro nobis: ergo & nos debemus  
alter spilus ut in vocatio<sup>n</sup> m<sup>u</sup>  
nulum pertinet: & pars su-  
biten p<sup>ri</sup>imi: si adire deinceps  
reue fratres nostros in per-  
cussis: q<sup>uo</sup>d quibus ferre opere  
illis propria<sup>m</sup> s<sup>i</sup>; spilus cum vita  
m<sup>u</sup> p<sup>ro</sup>sticolo in<sup>m</sup> conjugata  
condem de seramus ipsissim<sup>z</sup> q<sup>uo</sup>d  
lari de rectem.

e summe Dei. mihi hunc lumen meum.  
auxilium et misericordiam tuam  
in die templa clavis. Coeliq; Soli q; Nomini  
Cetam erem feres, tu mihi d' ipsius gratia.

Prece flere  
mit facere  
esten habeb intelligenter  
logie conuictus.

Res ualere proposita  
res sentit pro  
mibi refat. O

W a P B

in mortis

Gloria et Patri, fit Homo gloria Sancto  
Gloria spiritui, Triadis gloria sancte.

Bonar aratum ex loco  
Alexandro Tegmby obtulit humu  
ribellum testandi candens. Egregius  
mis. Iohannes Sokol.

Z

Ende